B. N. II, 134.
h. 75, 10.
(X1876277)
II k 810

DISCURSUS
DE
# PRIVILEGIIS
# IN GENERE,

QUEM
PROPITIO SUMMO NUMINE,
EX DECRETO ATQUE AUTHORITATE
NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI
JCtor. ORDINIS IN CELEBERRIMA ACADEMIA ARGENTINENSI
PRO
CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
DOCTORALIBUS,

PUBLICAE DISQUISITIONI SUBIICIT
DIE MENS. IUNII.

IOHANNES Wachman/
BREM. SAXO

ARGENTORATI,
Excudebat Paulus Ledertz,
M. DC. XXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0001-8

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS AC PRUDENTISSIMIS DOMINIS

# CONSULIBUS

ET SENATORIBUS INCLYTÆ REIPUB. BREMENSIS.

DOMINIS,

FAUTORIBUS

&

AMICIS

JUGITER COLENDIS,

*HANC INAUGURALEM OMNI CUM OBSERVANTIA*

DICAT, CONSECRAT, OFFERT,

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

AUTHOR.

Συν Θεῷ.

## CONCLVSIO PRIMA.

PHiloſophiam vulgò duplicem faciunt Theoricam & Practicam; ubi huic primas deferimus (*a*) cujus filia *Iuriſprudentia* Symbioſin *Legum* nexu eleganter ſtringit (*b*): Quæ ipſæ tamen aliquando *Statutis & Conſuetudinibus* rurſus haud male reſtringuntur (*c*), aliquando mutantur (*d*); Nonnunquam reſpectu certæ rei limitantur per *Privilegia* (*e*), quæ noſtri diſcurſus materia erit (*f*).

(*a*) Præterquam quòd aliqua proœreſis ac ſciendi deſideriū ſupereſt in homine, *Boeth. de conſolat. Philoſophiæ. lib. 3. §. ſed ad hominū.* pro defectuum noſtrorum obſervatione, perpetua exemplorum inductione, uſus & experientia varios nobis cancellos conſtituêre *Otto Caſman. in obſerVat. Pract. Dial. Ram. pag.* 308. quibus quod reliquum in nobis eſt notitiarum juvetur. *Manil. lib. 1. Per varios uſus artem experientia fecit, Exemplo monſtrante Viam. Quod de Medicina, Heurnius in Inſtit. Medic. lib. 1. pag. 2. de jurisprudentia, Ioan. Pet. de Ferrar. in prax. aur. tit.* 1. *gl.* 1. *n.* 2. Indeque Philoſophia orta, quæ ſacris literis non contrariatur, *Thom. de Kempis de imitat. Chriſti lib.* 1. *c.* 3. *§.* 4. *Kecker. in præcogn. Philoſoph. c.* 5. *Dn. Beſold.* 1. *Polit.* 1. *§.* 7. *n.* 4. & 5. proinde nec improbanda *Thom. de Kempis d. loc.* *THEORICA* autem circa intellectum verſatur, eundemque ad cognitionem veri informat, conſiſtitque potius in contemplatione: *PRACTICA* verò voluntatem ad actionem boni, quaſi manu ducit, ac, ſi quando appetitus extra orbitam feratur, in gyrum rectæ rationis revocat. Proinde huic primum locum concedimus, quia Reipub. utilior, Deo gratiores nos reddit, exterminatque imprudentiam, quæ pejor inſcitiâ, *Chriſt.* Liebenthal *colleg. Eth. exercit.* 1. *q.* 1. *Ioh. Cruger. diſp. Pol.* 1. *th.* 1 2. 3. 4. *Dn. Beſold.* 1. *Polit.* 1. *§.* 9. Inter practicas autem primum ſibi locum vendicat Ethica, utpote quæ hominem abſolutè conſideratum ad pietatem & probitatem ducit, *Beſold.* 1. *Pol.* 1. *§.* 10. cui natura individuam viri & mulieris conjunctionem adeoque Oeconomiam copulavit, *Thom. Smith. de Repub. Anglor. lib.* 1. *cap.* 11. *Althuſ. in polit. cap.* 1. *n.* 32. *Bodin.* 1. *de Repub. cap.* 2. *Beſold.* 1. *Polit.* 1. *§.* 11. *arg. L.* 1. *§.* 3. *l.* 3. *ff. de l. & l. l. hi, qui* 3. *C. de Apoſtat.* quæ omnis Symbioſis ſeminarium, *Bodin.* 1. *de Rep. cap.* 2. & *lib.* 3. *cap.* 6. *Althuſ.* 2. *polit. num.* 14. *Petr. Gregor.* 19. *de Repub. c.* 1. Hanc rurſus excipit perfectioris vitæ Symbioticæ rectrix Politica, quæ neque contra naturam eſt, *Ioh. Bruning. de Homag. ſubjectiV. th.* 54. *Caſp. Coch. do Regal. dignit. th.* 6. & 127. *Althuſ.* 1. *Polit. n.* 34. *Schonborn.* 1. *Pol.* 4. *Beſold.* 1. *pol.* 1. *§.* 24. *Reinking.* 1. *de Regim. cl.* 1. *c.* 1. *n.* 10. neque contra jus Divinum, *Deuter.* 1. *Verſ.* 17. 2. *Paralip.* 19. *V.* 6. *Pſalm.* 82. *v.* 1. & 6. *ProVerb.* 8. *V.* 15. *Dan.* 2. *v.* 21. *ad Rom.* 13. *V.* 1. & 3. *Beſold.* 1. *polit.* 1. *§.* 24. Sed à Deo, Reichs Abſchied *de Anno* 1548. *in pr. NoV.* 6. *in pr. Garſ. Maſtrill.* 1. *de Magiſtrat.* 1. *n.* 19. & *ſeqq. Matth. Steph.* 3. *de jurisd. p.* 2. *c.* 4. *n.* 18. & *ſeqq. Cothman.* 4. *conſil.* 11. *n.* 4. & quidem non irato ſimpliciter, *Matth. Dreſſer. millen.* 1. *pag.* 11. & 12. *Ioh. Bruning. de Homag. ſubiectiv. th.* 72. & *ſeqq. Volum. Baſil.* 5. *Petr. Gregor.* 1. *de Repub. c.* 2. Hæc Circæa illa virga eſt, quâ tactæ feræ hominesque miteſcunt, *Lipſ.* 2. *po-*

*lit.i.* Hæc in concordi diſcordia, & diſcord; concordia *Nolden de Nobilit. concluſ.56. Vietor de Exempt. concluſ.35. in fin. Beſold.1. polit.11.§.32.* Officium ſubditorum, obedientiam ſcilicet, fidelitatem, obſervantiam & amorem, *Melch. Iun. Qq. polit.62. Beſold.2. polit.1.§.3.n.2. Lancellot. in templ. omn. judic.1. c.1. §. 4.* Simulque imperantium munus in ordinando, judicando vindicando proponit, *Bortius apud Arumæ. diſc.30.c.3.th.3. & ſeqq. Paurmeiſt.1. de iurisd. c.3. n.13. facit pr. proœm. Inſtit. Dauth. tit. de Mutandi teſtamenti poteſtate num.85. pag. m.81.*

(*b*) Symbioſis legum nexu optimè coit, *imp. in proœm. Inſtit. in princ. Reinking.2. de Regim. cl.2. cap.1. per tot. Matth. Steph.3. de jurisd. p.2. cap.4. n.25* inde olim Ethnici, exemplo fortaſſis, à Moyſe deſumpto, *Ioach. Steph.1. de jurisd.6. n.9. & 12.* ſuis legibus à Diis & fictitio aliquo numine authoritatem conciliarunt, uti Legislator Lacedæmoniorum Lycurgus Apollinem; Locrenſium Zaleucus Minervam; Cretenſium Minos Iovem: Romanorum Numa Pompilius Aegeriam Nympham, authores fecere: quod & Mahometes Saracenorum patronus callidè imitatus eſt, *vide Cruger. diſp. pol. ult. th.36. Beſold.2. pol.1.§.27. Coras. de arte jur. part.1. cap.* 16. Quæ leges tamen antiquitus litteris non fuerunt mandatæ, *Petr. Heig. Qq. jur. part.1. q.7. n.24.* uti apparet in Lacedæmoniis, *Plutarch. in vita Lycurgi* Scythis, *Iuſtinus hiſtor. lib. 2. in pr. L'eſtat de Tartarie. num.* 6. Germanis, *Tacit. de Morib. German.* Romanis ex inſtinctu Romuli & Numæ, *Dion. Halicarn. lib.2. c.4.* 8. 9. quum etiam aliâs excellentia ingenia absque litterarum ſubſidio bonum publicum cernere, juſtitiæque vim tenere aliquo modo poſſint, *Petr. Heig. part. 1. q. 7. num.* 15. Præſtat verò ſcriptis legibus uti, *Melch. Iun. Qq. polit.* 86. *Beſold. 2. pol.2.§.29. Reinking.2. de Regim. cl.2. c.1. n.15.* Inde optimè de Repub. mereri cupientes jura certa populo ſuo præſcribi voluere; Quam laudem in Repub. Romana Sylla, Pompejus Magnus, C. Iulius Cæſar, Veſpaſianus, aliique affectarunt, *poſt ſueton. Cuſpinianus, & Herm. Vultei. in proleg. jurispr. n.25.* Imperator Iuſtinianus autem feliciter aſſequutus eſt, *Sigon. lib.17. imperij occident. Treutler. in epiſt. dedicat. vol.2. diſputat. ſuar.* Vt (quoniam eò res deducta eſt dudum, ut juris quoque authores in jus ambulare cogantur, cauſam dicturi, cur ita? cur non ad captum palatumque noſtrum omnia compoſuerint ſatis? *verba Timæi Fabri diſp. ad Inſtit.* 17. *th.* 1.) nec Imperatori, quòd veterum collectanea è medio ſuſtulerit, dicam ſcribamus, *uti facit Ant. Faber.35. Error pragmat.2. inſulſius Franciſc. Amelinus Pariſiens. lib.1. reſtit. iur. tit.2. qui jus noſtrum corruptiſſimum, perverſiſſimum; Iuſtinianum omnium, qui ad hanc diem fuerunt, nequiſſimum dicit.* nec Tribonianus & reliqui juris noſtri compilatores, ſi ſecundùm triſte mortalitatis privilegium, *l. 2. §. ſi quid.14. C. de Vet. jur. enucl.* alicubi fuerunt hallucinati, propterea ſuâ laude ſint privandi, *uti facit Ant. Faber. paſſim, & Amelin, d. loc. ubi eos ſtultiſſimos, ſceleſtiſſimosq́ appellat, utpote qui ſceleſtum præceptum ſceleſtiùs impleverint. Quos refutat. Osvvald. Hilliger. in præfat. vol. 1. Donelli enucleati, & ibi lib. 1. c. 1. lit. i.*

(*c*) Quum omnes leges omni politiæ non conveniant, *Ariſt. 2. polit. 12. Althuſ. polit. c.5. n.9. VVeſenb. in parat. de I. & I. n.* 14. *Oldendorp. action. forens. claſſ.1. act.1. num.1.* ſed alias Monarchicus, alias Polyarchicus ſtatus requirat, *Petr. Greg. 10. de Rep. cap.* 6. rurſus pro diverſitate climatum genius gentis ſit, *vide Guaz. lib.1. de civil. converſ. pag. m.81. Bodin. 5. de Rep. 1. remiſſivè Beſold.1. polit.10.§.4. & ſeqq. Reinking.2. de Regim. cl.2. cap.5. num.12.*

uti

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0004-4

uti Romani frugales: Sybaritæ luxurioſi; Senones fortes: Lacones, timidi: Narbonenſes candidi: Britones vafri: Galli ſtolidi: Siculi acuti: Itali devoti: Cenomani profani dicuntur. *Cruger. diſp. polit. 3. th. 26.* haud malè limitatur jus commune ſtatutis & conſuetudinibus. *Beſold. 1. polit. 10. §. 3. Zach. Vietor. de Exempt. gener. concl. 5. in fin. Reinking. de Regim. claſſ. 2. c. 5. n. 4. & ſeqq. Ioh. Petr. de Ferrar. in prax. aur. tit. 6. gl. 6.* Indeque ſinguli ferè populi hoc axioma habentes, ſuas ſibi leges, ſua ſtatuta aut conſuetudines meritò concinnarunt & obſervarunt, *L. omnes populi. 9. ubi Bart. & Dd. communiter. ff. de I. & I. Schneidevv. in §. jus autem civile. num. 14. Mynſing. ibid. n. 6. & ſeqq. Inſtit. de I. N. G. & C.* Hinc de Venetis Euphormio Satyricus *in apologia ſive part. 3. pag. m.* 279. Crediderim, inquit, ex genio gentis deſcripta eſſe jura, quia tot ſeculis perennant: quæ ſummota pompa, non ambitum modò, ſed ſumptus, & per hoc inopiam proſcripſerunt.

(*d*) Nulla lex, nullum SCtum ad omnia ſufficienter ab initio promulgatum eſt, ſed multa indiget correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes ſufficiat, *verba Nov. 74. in pr. & promiſ. exempla Reinking. 2. de Regim. cl. 2. cap. 5. n. 4. & ſeqq.* Inde haud rarò lex, quamvis optimè conſcripta, ex loco tamen & tempore varianda eſt, *Melch. Iun. Qq. polit. 89. Beſold. 1. polit. 10. §. 9. & 2. polit. 2. §. 38. Reinking. d. ſup. loc. Petr. Vanderan. in proleg. tr. de Privileg. creditor. Gail. 1. obſ. 102. n. 7.* Vt quomodo pedi calceus, ſic tempori & iis, quorum gratia fit, quadret & conveniat, ne ad exemplum navigiorum Demetrii aſpectu pulchra, de cætero inutilis ſit, *verba Hoſpitalij Galliæ cancellarij in conventu ad S. Germanum, Thuan. hiſtor. lib.* 28. ideo quoque Cicero Catoni ſuccenſere ſolitus fuit, quòd cùm corruptiſſimo ſeculo viveret, adeò ſeverus ac rigidus eſſet, ac ſi in Rep. Platonis verſaretur, *facit huc Syring. de Pace relig. th. 49. lit. b. Oldendorp. action. forens. claſſ. 1. act. 1. pract. n. 5.* Merentur tamen leges ex antiquitatis obſervantia laudem aliquam, quo nomine Cicero *in orat. pro Flacco*, Lacedæmones commendat, quòd ultra ſeptingentos annos unis moribus & nunquam mutatis legibus vixerint. Quam laudem & jure ſibi vendicant Chinenſium leges, quæ jam ante duo millia annorum conſcriptæ etiamnum obſervantur, *L'eſtat de la Chine num.* 29. Et in univerſum obtinet, quod non facilè ſint mutandæ, *l. minimè. 23. ubi Dd. ff. de LL. l. in rebus. 2. ff. de Conſtit. princip. Cruger. diſput. polit. 7. theſ. 14. Schonborn. 3. polit. 9. Bodin. 4. de Repub. 3. Vanderan. d. loc. Paralipom. ad Roſini antiquit. lib. 8. in princ. pag. m.* 1223.

(*e*) Quum ICtis ea, quæ rarò eveniunt, in conſiderationem non veniant, ſed quæ communiter, *l. jura. 8. l. neq; leges. 10. l. non poſſunt. 12. ff. de LL.* nihilominus ubi evidẽs æquitas poſcit aut ratio aliqua ſingularis, ut ſingulis perſonis, rebus aut cauſis ſubveniendum ſit, *l. etſi nihil. 138. ff. de Reg. jur. l. 7. ff. de In integr. reſtit. l. ſed etſi. 26. §. item inquit. 9. ff. Quib. ex cauſ. maj.* bono publico inventum eſt Privilegiorum remedium, *de quo infr. concl. 30. lit. c.* quo, licet curſus legum & juſtitiæ idem maneat, rivuli tamen in ſpeciem nonnihil deviare videntur, *uti infr. concl. 3. lit. d. & concl. 25. lit. b.* Nec recens hoc inventum eſt, ſed antiquiſſimis quoque temporibus frequentatum & æquè à ſacris ac profanis authoribus decantatum: Et in eo, quia DEI actio noſtra eſt inſtitutio, *l. ult. C. de Nupt. Nov. 40. c. 1. §. 1. circa fin. c. exemplũ 12. q. 1.* Princeps ſe optimè ad Dei actum conformat, *Camill. Borrell. 2. de Magiſtrat. edict. c. 1. n. 9.* qui non ſemper ordinarium naturæ curſum ſequitur, ſed pro majeſtate, utilitate, decoro, neceſſitate, eundem inhibet, flectit, addit,

 detrahit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0005-0

detrahit, *Dn. Beſold.1.polit.2. §.35.36.n.2.* Qui jam à mundi incunabulis diverſitate aliqua gaviſus, inter animantes hominem, *Geneſ.1.v.28.* & inter homines marem, *Geneſ.3. v.16.* ſingulari aliqua prærogativa donavit : abinde perpetuò ordines diverſos diverſis ingenii ac judicii dotibus decoravit, *Exod. 35. v.30.* quin imò genus humanum ſingulari gratia excepit ac reſtituit nec etiamnum erroribus noſtris diſpenſare deſiſtit *Illuſtr. Georg. Acac. Enenkel.1. de privil. in genere. cap.12.n.38.* quique huic illi Eccleſiæ, Reip. &c. privilegium tribuere dicitur, *in Eccleſia Hieroſolymitana, Nov. 40. §. 1. circa fin.* Inde Regis eminentia & poteſtas, *Deuter.17.v.14.* ( quam à jure Regio 1.*Samuel.*8. in tyrannico exercitio conſiſtente, aliam ducimus, *vid. Cruger. diſp. polit. 5. th.14. Beſold.1.pol.2.§.45. & cap.5.§.22. Ioh. Norderman. de jure princip. th. 68. Caſp. Klock de contribut. th.46. volum. Baſil.1. Ant. Colerus de jure imperij Ger. th.13. vol. Diſpp. Baſil.4. Syringius de Pace relig. concluſ.17. lit. c. vol. Baſil. 5.*) inde prærogativa ſummi Pontificis *Exod.* 28. & filiorum ejus in libamine, *Exod.29.* 1.*Samuel.2.v.17.* unde Aſyla, *Deuter.19. Ioſu.20.* Quin & ſummi numinis imitatrix Natura, Privilegium in ſui defenſione, *l. itaq; 4. in pr. ff. Ad L. Aquil.* Excuſatione, *l. ſcire.13.§.7. ff. de Excuſ. tutor.* & à commercio prohibitione *l. ſi in emptione.34.§.1. ff. de contrah. empt.* largiri videtur. Fortunæ identidem, ſummæ poteſtatis eminentia & prærogativa adſcribitur in jure, *l. bene à Zenone. ult. in fin. C. de Quadr. præſcript.* Quàm autem Privilegiorum conceſſio apud omnes gentes & nationes recepta fuerit, conſtabit cunctis, qui hiſtoriarum embammata vel leviter deguſtarunt : Hodie eorundem uſus nimis frequens eſt, ut de iis non injuria dici queat, quod Plinius *hiſtor. natural. lib.26. cap.4.* de magicis herbis : Hanc, ait, eſſe omni in re humanorum conditionem, ut à neceſſariis orſa primum, cuncta pervenerint ad nimium.

(*f*) Quæ, quamvis ſe frequentiâ ſuâ omnibus adeò commendet & vulgi voce quotidie feratur, abſtruſioris tamen naturæ eſt, *illuſtris & Generoſus Georg. Acacius Enenkel Baro Hohenheimenſis in dedicat. tr. de privileg. in genere,* ut gravioribus ſæpe diſſidiis cauſam præbeat, *Enenkel. d. loc.* Quum itaque à ICtis noſtris, niſi ab illuſtri Enenkelio & ex parte à Carolo Tapia *ad tit. de Conſtit. princip.* materia hæc ex profeſſo, quod quidem ſciam hactenus, non ſit exantlata & pertractata, operæ pretium facturum me exiſtimavi, ſi eandem pro virili examinandam ſumerem, motus ICtor. monitu, quotidiana pleniùs eſſe attingenda, *l. legavi.25. in pr. ff. de Liberat. legat. l. certe,6. in fin. ff. de precar.* Nec, ut ſpero, dicam mihi ſcribet quispiam, ſi publica tango vir privatus, meminerit (*verba Petronii Satyrici in pr.*) Aeſchilum non initiatum ſacris Eleuſines potuiſſe ea ſcire & revelare.

## CONCL. II.

Privilegium (*a*) à Privus, a, um, dictum (*b*) in jure noſtro variis nominibus venit (*c*) : Frequentius tamen Beneficium (*d*) Reſcriptum (*e*) Diſpenſatio (*f*) Prærogativa (*g*) jus ſingulare (*h*) appellatur Nonnunquam è cognatis nomen mutuatur (*i*) Quin & ſingulæ ferè linguæ ei peculiare vocabulum tribuunt (*k*).

(*a*) Prius-

(*a*) Priusquam ad rei cognitionem deſcendamus Etymologia inquirenda eſt, *ex doctrina Philoſophorum Scalig. exerc. 1. in pr. l. 1. in pr. ff. de I. & I. Enenkel* 1. *de Privileg. in gen. cap.* 1. *num.* 1. Et equidem primò Privilegium pro omni prærogativa, qua Deus, natura, fortuna, homo, alterum alteri præfert, humitur, *Enenkel* 1. *de Privil.* 1. *n. 8. paßim exempla promit Chaſſanæus in catalogo gloriæ mundi.* Aliâs *ut in LL.* 12. *Tab.* reſpectu objecti, in gratiam aut odium ſingularum perſonarum rogatum, valebat, *Enenkel. d. c.* 1 *n.* 2. Aliâs ipſum inſtrumentum Privilegia conceſſa comprehendens, ſive nullum, injuſtum invalidum, *l. decernimus.* 16. *C. de SS. Eccleſ. uti teſtamentum Vlp. in l. tabularum.* 2. *§.* 1. *ff. Teſtam. quemadm. aperiant.* ſive probum ſit, hac voce venit, *poſt Abbat. in c. contingit.* 5. *de Fid. inſtrum. Enenkel. d. c.* 1. *num.* 11. Aliâs Privilegium pro ipſis Privilegiaris poſitum reperitur, *l. ſi hominem.* 7. *§. quoties.* 2. *ff. Depoſ. l. non tantum.* 17. *§. pen. ff. de Excuſ. tut. l. ſi ventri.* 24. *§. in bonis.* 2. *ff. de Reb. auth. jud. poßid.* Aliâs ſpecialiſſimè prærogativam quandam inter actiones perſonales deſignat, *l. quæſitum.* 17. *§.* 1. *ff. de Reb. auth. jud. poßid. l. ſi ſponſa.* 74. *ff. de jur. dot. rubr. & t. t. de Privileg. credit. l. creditor.* 25. *ff. de Reb. credit.* Aliâs, & quidem nobis, pro quavis conſtitutione legitima juri communi derogante, accipiendum eſt, *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſp.* 6. *illuſtris Enenkel.* 1. *de Privil.* 1. *num.* 9. Nec tantùm beneficia, ſed & pœnarum exaſperationes naturâ ſuâ includit, *Bodin.* 1. *de Repub. cap.* 10. *arg. l.* 1. *§. ult. ff. de Conſtit. princip. Dn. Vultei. ad §. ſed & quod princip. n.* 10. *in fin. M. Ant. Cucchus. lib.* 1. *Inſtit. jur. Can. tit.* 1. *Enenkel. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 5. Quamvis nobis hîc beneficia potiſſimùm in conſiderationem veniant, *cum Rittershuſ. ad LL.* 12. *Tab. pag. m.* 43. Qui autem à legum rigore eximir, Privilegians, *ICti noſtri paßim.* Et qui peculiari ratione legibus ſolutus, vulgò Privilegiatus *minùs Latinè uti notat Calepinus* Latiniùs Privilegiarius dici ſolet, *l. ſed an.* 3. *ff. Quod cum eo qui in alien. pot. l. reſcriptum.* 10. *in pr. ff. de Pact. l. ſi ventri.* 24. *§. ult. ff. de Reb. auth. jud. poßid.*

(*b*) Deſcēdit Privilegii ab antiquo vox Privus, a, um, *A. Gell. li.* 10. *c.* 20. *Vigl. in Inſt. de Teſtam. in pr. n.* 9. *Coras.* 2. *de arte jur. c.* 10. *in fin.* Beſonder / Sonderbahr / quo pro ſingulis utebantur, *uti ex Lucretio, Nonio, Lucilio, Livio, Cicerone, Dn. Matth. Martinius in lexic. Philolog. ad verb. Privileg. Rittershuſ. ad LL.* 12. *Tab. cl.* 2. *cap.* 2. quaſi privæ leges, id eſt, in privatos & ſingulos latæ, *c. privilegia.* 3. *diſt.* 3. *Rittershuſ. d. loc.* aut q. privata lex, *c. abbatis.* 25. *de VS. & gl. in c.* 1. *de Reſcript. verb. ut libere.* Sin ab eo, quòd legem generalem ex ſpeciali ratione privet, id eſt, corrigat, *Schneidevv. ad §. jus civile.* 1. *n.* 12. *Inſt. de I. N. G. & C. Ias. in l. fin. n.* 27. *ff. de Conſtit. princ. Mozzius de contract.* 53. *n.* 28. vel potiùs interpretetur & ſuppleat, *juxt. l.* 16. *ff. de LL. l.* 2. *fin. C. ſi cont. jus vel util. publ. Calvin. in lexic.* dictum mavelis non repugno, *accedit Enenkel. l.* 1. *c.* 1. *n.* 10. Inde Baldus *in l. cum. C. de Fideic. verſ. interrogatus fui.* aliique Dd. Privilegium, legem privativam appellant.

(*c*) Dicitur enim Affatus, *l. imperialis.* 23. *§. itaq.* 1. *C. de Nupt.* Benevolentia, *l. cum hæres.* 52. *ff. de Adquir. vel omit. hæred.* Conceſſio, *l.* 1. *in pr. ff. de Teſtam. milit.* Conſtitutio, *l.* 1. *§. item cum.* 2. *ff. Quæ ſent. ſine appell.* Conſtitutio Principalis *§. ſed & quod Principi.* 6. *Inſtit. de I. N. G. & C. rubr. & l.* 1. *ff. de Conſtit. princip. l.* 2. *ff. de Teſtam. milit.* Conſuetudo, *l.* 4. *§.* 5. *ff. de Offic. proconſ.* Exceptio, *l. ex præſtatione.* 7. *C. de vectigal.* Hæreſis, *Modeſtin. in l. ſi duas.* 6. *§.* 2. *ff. de Excuſ. tut.* Indulgentia, *l.* 1. *in pr. ff. de Teſtam. milit.* Indultum, *arg. l.* 2. *§.* 2. *ff. de His, qui not. infam. Ioh. Calvin. in Lex. jur.* Ius, *l.* 9. 10. 11. *& ſeqq. ff. de Teſtament.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0007-0

*ment. milit. rubr. & l. 6. ff. de jur. fiſc. Enenkel. l. 1. c. 3. n. 1.* Lex propria, *l. Lucium. 21. §. idem reſpondit. 7. ubi gl. in verb. legem. ff. Ad manicipal. Enenkel lib. 1. c. 2. n. 3. plurib.* Sanctio, *l. fundi. 2. C. de Locat. præd. civil. lib.* 11. Antiquis Rogatio dicebatur, Negant, inquit Fabius, Rogationem eſſe recipiendam, quæ ad ſingulos homines pertineat, *Ludov. Carbo de LL. lib. 9. diſp. 6.* Nonnunquam res Privilegiata pro ipſo privilegio poſita invenitur, ut Militia, pro militari privilegio, *l. 1. §. ult. ff. de Obſeq. parent. & patron. præſt.*

(*d*) *Ut in l. pen. ff. de Conſtit. Princip. l. 23. §. 1. C. de Nupt. Enenkel lib. 1. c. 2. n.* 3. idque pietatis, *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr.* Sumitur autem vocabulum beneficii multipliciter, *uti oſtendit ex Paul. de Caſtro in l. beneficium. ff. de Conſtit. Princip. Alphonſ. Vilagut. de Extenſ. legum. tit. de Beneficiorum principum extenſione fol.* 139. Et eſt actio benevola, *ſecundùm Senecam de Benefic. cap.* 2. nec enim dicitur beneficium conferre, qui facit ad quod tenetur, *l. proximè. 50. ff. de Rit. nupt.* Uſurpatur interdum pro beneficio Eccleſiaſtico; interdum pro facultate aliquid faciendi in proprium commodum: interdum pro gratioſa conceſſione Principis, quæ, ſi non eſt contra jus, propriè Beneficiũ; ſi ſecundùm jus, Reſcriptũ; tã a. quæ cõtra quàm quæ præter jus, rectè Privilegiũ appellatur, *Vilagut. d. loc. Lud. Carbo de LL. lib. 9. diſp. 6.* Unde patet, præterquam, quòd 1. Beneficium actionem ipſam ejusvè effectum: Privilegium autem jus vel qualitatem deſignet. 2. Beneficium ſemper gratiam; Privilegium quandoque etiam pœnam denotet, *ſupr. ad lit. a. & Enenkel. 1. de Privil. 2. n. 5. cum ſeqq.* 3. Beneficium, magis præter; Privilegium, contra jus venire, & ita inter ſe differre. Largè tamen ſumpto vocabulo Privilegium ejus ſpecies eſt, *per LL. ſupr. alleg. Cagnol. ad l. in omnib. 90. ff. de R. I.* ſicuti è contrario nonnunquam Privilegium beneficium omne includit, *c. olim. ubi* CC. *de VS. Dn. Henr. Roſenthal. tr. de Feud. cap. 1. concl. 7. lit. d.*

(*e*) *in l. pen.* C. *de Precib. Imp. offer. l. liberos.* 18. C. *de collat.* In hoc tamen differunt, quòd Reſcriptum ac diploma principale 1. ferè ad preces tantùm & 2. ſecundùm juris communis obſervantiam, emanet: Secus eſt in Privilegiis, *uti concl. ſeq. & concl. 29. plenius. vid. & Ludov.* C*arbo. de LL. lib. 9. diſp. 9. & 10. Enenkel. 1. de Privil. in gen. cap. 12. n. 54. Reinking. 2. de Regim. cl. 2. cap.* 8. Haud rarò tamen Reſcriptum genericè ſumptum reperitur, *uti in ſequentib. oſtendetur.*

(*f*) Diſpenſare dicitur 1. qui diſponit, ſive ordinat: 2. œconomus, qui expendit: 3. minùs Latinè qui gratiam alicui facit, ſeu ſolvit legibus, *Pruckman. ad §. ſoluta poteſtas. c. 4. memb. 1. Effect. 1. n. 1. 2. 3.* Eſtque diſpenſatio juris relaxatio à poteſtatem relaxandi habente facta. *Thomas Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 1. n. 2.* ut eam cum Privilegio coincidere pareat, *Bald. in l. beneficium ff. de* C*onſtit. Princip. Ludov. Carbo de LL. lib. 9. diſp.* 7. niſi quòd illa fori Eccleſiaſtici eſt: quamvis alii, interpretationem contra jus Diſpenſationẽ: cõſtitutionẽ in præjudiciũ tertii, Privilegiũ, *Tapia ad rubr. de* C*onſt. princ. c. 4. ad calcem.* Alii talem conceſſionem cum cauſa Diſpenſationem, ſine cauſa Privilegium dici putent, *Mandoſius in praxi ſignaturæ verb. diſpenſationes. verſ. hic quæri poſſet.* Verè autem Privilegium generalius eſt & illam ſuo ambitu complectitur. *vide infr. concl. 9. lit. c. d.*

(*g*) *l. obſervare. 4. §. 5. ff. de Offic. proconſ.* Eſt tamen magis inſeparabile accidens aut conſequens Privilegiorum, *l. 1. ff. de Veteran.* ut melius dicamus, Privilegium confert Prærogativam, *per l. pen. in fin.* C. *de Fideiuſſ. l. ex his.* 7. C. *de Teſtam. l.* 11. C. *de Profeſſor. & Med. l.* 2. C. *de Decurialib. urb. Romæ &c.*

quàm Privilegium eſt prærogativa; nec etiam omnis prærogativa Privilegium eſt, *Enenkel lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 9. *& cap.* 2. *n.* 10.

(*h*) *l.* 16. *ff. LL. l.* 2. *ff. de Teſtam. milit.* Rurſus tamen differt jus ſingulare à Privilegio: ſiquidem jus ſingulare contra tenorem ac regulas juris quidem receptum, ſed non præciſè de uno quopiam homine eſt, *l. quæ verò.* 14. *& ſeqq. ff. de ll. l. quod contra.* 141. *ff. de R. I.* Privilegium verò 1. à ratione ac regulis juris communis recedit, & 2. in unum ferè vel de uno eſt conceptum. Itaque jus ſingulare generalius eſt, *Dn. Bachov. in not. ad Treutl.* 1. *diſp.* 1. *th.* 6. *lit. e. Rittershuſ. ad ll.* 12. *Tab. cl.* 2. *cap.* 2. *Cujac.* 17. *obſ.* 8.

(*i*) Sunt & alia Privilegiis usque adeò cognata, ut & non rudibus ſæpe ſub eorum ſpecie imponant. Habent autem ſimilia & adfinia maximam illuſtrandi vim, idemque de iis eſt judicium, niſi aliqua diverſitatis juſta ratio appareat, *l. non poſſunt.* 12. *ibi: ad ſimilia procedere. & l. ſeq. ff. de ll.* Sic itaque interdum Lex nova appellatur, quæ tamen in hoc diſcrepat, quòd quidem æquè Privilegium in unius Perſona incipit, non etiam occidit, *Iacob. Gothofred. in not. ad ll.* 12. *Tab.* cujus generis eſt lex de Menandro, *l.* 5. *§. ult. ff. de Captiv. & poſtlim.* & illa de Hoſtilio Mancino, *l. ult. ff. de Legation.* Interdum quoque judicia vocantur, quòd identidem in ſingulos conſtituantur & perſonæ vel rei certæ cohæreant, *Rittershuſ. ad ll.* 12. *Tab. cl.* 2. *cap.* 2. diſtinguuntur tamen in eo, quòd in ſimilibus pariant præjudicia, & ſint ſolummodo legis exequutio, *Iacob. Gothofred. ad Tab.* 9. *notar. ad ll.* 12. *Tab. videatur & Quintiliani locus ſingularis in declamat.* 254. Interdum Exemptio dici meretur, quæ tamen ſpecies magis eſt, *vide Zach. Vietor. de Exempt. generib. diſp. ſingular. concl.* 9. *quæ habetur volum. diſpp. Baſileens.* 2. Ita quoque immunitas ſeu libertas ab honoribus gerendis & oneribus civilibus ſuſtinendis, Privilegii ſpecies eſt. *Petr. Martyr. loc. commun. Theolog. cl.* 4. *c.* 13. *§.* 23.

(*k*) GRAECIS eſt προνομία vel προνόμιον, id eſt, lex per quam quis habet aliquid πρὸ ἄλλȣ, *Enenkel.* 1. *de Privileg. in gen. cap.* 1. *n.* 14. GALLIS vn octroy, c'eſt à dire, indnltum, beneficium; ab octroyer, indulgere, aut vn Privilege, c'eſt à dire, vne loy particuliere pour ou contre aucun, *Nicod. in diction. Privilege & Octroyer.* GERMANI appellare poſſent, Ein ſonderbar Geſetz das eine eintzele Perſon oder Ding betrifft: Eine ſonderliche Begnadung ſo man für andern hat: Eine beſondere Gerechtigkeit oder Gerechtſam. *Calepin. & Dn. Martinius in lexic. philolog. verb. Privilegium.* Außzug vnd Einreden ubi dat exceptionem, *Philip. Meiſter. in ſpecul. notarior. part.* 2. *tit.* 5. *num.* 2. vulgò dicitur, Ein Gnadenbrieff/ Vortheil/ Handtfeſte/ aut uti civitate noſtra donatum, Ein Privilegium. *Enenkel.* 1. *de privileg.* 1. *n.* 14. Quæ voces quomodo differant partim earundem nomina, partim quoque jam ſuperiùs dicta monebunt. Haud rarò nominatur Eine Freyheit/ à Frey/ liber, a, um, quod quandoque libertatem ſingularem inducat. Illud Frey/ rurſus fortaſſis à Germanorum Venere, *Helvicus ſub A. M.* 2080. *Dreſſer. millen.* 3. *pag.* 252. Freya/ Pfreya vel Phrya/ Friſiis Freda/ *Martin. Hamcon. Hiſt. Friſ. fol. m.* 68. *b. Freda toro junctis, innuptis Meda puellis. & idem Hamcon. fol.* 97. *lit. K.* Gothis Frigga, *Saxo Grammaticus lib.* 8. *l' Eſtat de Suede num.* 10. Iſtævonis Germanorum Quarti Regis conjuge, quæ multis libertatis author. Vnde & Belgicum Fraey elegans, pulcher & Veneris dies der Freytag/ *Dreſſer. millen.* 3. *pag. m.* 252. Sicuti à Manno Rege II. Germanorum der Mond/ Luna, dies, der Montag: & à conjuge ejusdem Sunna die Sonn/Sol, dies der Sonntag/ nomen trahit. *Dreſſer. millen.* 3. *p.* 250. Venit quoque hinc Germanorum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0009-6

Freyen / Matrimonium contrahere, quòd moribus noſtris Matrimonium modus ſit ſolvendæ patriæ poteſtatis, *Bodin.* 1. *de Repub. c.* 3. *Dn. Vultei. ad §. jus autem.* 2. *num.* 3. *Inſt. de Patr. poteſt. Schneidevv. ad §. ſed etſi pater.* 8. *num.* 8. *Inſt. Quib. mod. ſolv. patr. pot. VVeſenb. in parat. de Adopt. num.* 6. *de His qui ſunt ſui vel alien. jur. n.* 3. *in fin.* & *conſ.* 21. *n.* 17. *conſ.* 36. *n.* 4.

## CONCL. III.

Eſt autem Privilegium (*a*) jus (*b*) ſpeciale (*c*) præter regularem juris obſervantiam (*d*) æquitatis cauſa indultum (*e*).

(*a*) Pro cognitione rei ratio definitionem exigit, *Plato in Phæd. Cic.* 1. *offic.* & 2. *de fin.* Privilegium autem variè à variis definitur; veluti, Privilegium eſt, quod emanat contra jus commune in favorem aliquarum perſonarum. Vel, eſt ſpecialis quædam indulgentia juris, aliquid agendi contra, quàm id regulariter alioqui jure communi permiſſum eſt. Vel, eſt jus ſingulare à communi recedens, favore perſonarum aut rerum indultum; vel, eſt lex privata & beneficium præter jus commune alicui conceſſum, *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſp.* 6. Vel, Eſt lex ſcripta & contra jus commune, *ſecundùm Opinionem Bart. in l. beneficium. num.* 3. *ff. de Conſtit. princip. vid. Ludov. Carbo. de LL. lib.* 9. *diſp.* 6. *Enenkel.* 1. *de Privileg. cap.* 11. *Petr. Vanderan. de privil. credit. cap.* 1. Nobis verò iis relictis magis arridet definitio generoſi Enenkelii *l.* 1. *cap.* 11. quam ferè retinuimus.

(*b*) Iuris vocabulum polyſemon eſt, *l.* 1. *l. pen.* & *ult. ff. de I.* & *I. Paul. de Citadin. de Iure Patron. p.* 1. *n.* 45. & *ſeq. Pacius Epit. jur. diſp.* 1. *th.* 2. Sumitur enim modò pro liquore cibi cocti, quòd ſicut jus ſummum bonum continet, ſic humor ille bonus coctarum rerum maximam continet bonitatem & saporem. *Paul. Citadin. de iure Patronat. part.* 1. *num.* 45. 46. 47. 2. APVD ICtos modò pro ipſa ſcientia ſive jurisprudentia, *l.* 1. *in pr. ff. de I.* & *I.* 3. Modò pro objecto juſtitiæ, cujus ſcientiam ICti profitentur, *l.* 1. *in pr. l. pen. ff. de I.* & *I.* 4. pro loco, ubi jus redditur, *l. pen. ff. de I.* & *I.* 5. pro neceſſitudine, ut jus cognationis, affinitatis, *l. ult. ff. de I.* & *I.* 6. pro poteſtate, *§.* 1. *Inſt. de Tutel.* 7. pro facultate, *pr. Inſtit. de Action. l.* 4. *ff. de ſuis* & *legit.* 8. pro qualitate, *l.* 1. *in fin. ff. de Rer. diviſ. rubr. Inſt.* & *ff. de His qui ſui vel alien. iur.* 9. Hîc jus in genuina ſui ſignificatione accipitur, quomodo jus propriè accipi teſtantur *Henning. VVegner. diſp. ad Inſtit.* 1. *th.* 1. *lit. c. Donel.* 1. *comm.* 3. *in fin.* ut ſit conſtitutio jubens permittensve pro imperio quæ recta ſunt, *Donel.* 1. *comment.* 5. *in pr.* Nec modò Privilegiis, quæ in jure habentur, aut conſuetudine certa nituntur, genus hoc (IVS:) convenit, *uti putat* Carbo *de LL. lib.* 9. *diſp.* 6. ſed omnibus omninò, cùm parendi neceſſitatem ſemper imponant.

(*c*) Addo SPECIALE, id eſt, ſingulare, *l.* 16. *ff. de LL.* ad exemplum non trahendum, *l.* 1. *§.* 2. *ff. de Conſtit. princ.* ad differentiam juris communis, *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſp.* 6. nec non conſtitutionis Generalis principum, quæ ratione ſubjecti, *VVagner. diſp. ad Inſtit.* 1. *th.* 5. *h.* (ratione effectus à Privilegio non differt *uti voluit Treutl.* 1. *diſp.* 1. *th.* 6. *d.* ſed utrumque omnes obligat:) ad omnes pertinet, & pro diverſis conſtituendi formis tres diverſas ſpecies producit, *Theoph. in §.* 6. *Inſt. de Conſtit. princip. Donell. Enucl. lib.* 1. *c.* 9. EDICTVM, quo Princeps proprio motu, indefinitè citra determinationem cauſæ, perſonæ aut circumſtantiarum aliquid edicit, id eſt, jubet, *Dn. Vultei.*

*in*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0010-8

*in §. ſed & quod* Inſt. *de* I. *N. G. &* C. *num.* 10. *&* 1. I. P. *cap.* 2. *num.* 7. *Oſvvald. Hilliger. in Donell. enucl. lib.* 1. *c.* 9. *cuius exempla, in l. edictum.* 8. *ff. de Quaſtion. l. Divus.* 15. *ff. Ad L. Cornel. de falſ. l. edicto.* 13. *ff. de iur. fiſc. rubr.* Cod. *de Edict. D. Hadr. tollend. Evangeliſta Lucas cap.* 2. *v.* 1. DECRETVM, quando res inter aliquos controverſa determinatione perſonæ & circumſtantiarum deciditur, ſed ad alios quoque extenditur, *l. proximè.* 3. ff. *de His quæ in teſtam. del. Dn. Vultei. d. loc. huius generis ſunt ferè omnes conſtitutiones in* Codice, *Dn. Vultei.* 1. I. P. 2. *num.* 7. Reſcriptum, quod & epiſtola vocatur, *§.* 6. I*nſt. de* I. *N. G. &* C. *l.* 1. *§.* 1. ff. *de Conſtit. princip.* Reſponſum ſcilicet ad libellos ſupplices, vel magiſtratuum aut de jure conſulentium rogationem datum, ut valeat & in conſimilibus, *l.* 1. *§.* 1. ff. *de* Conſtit. *princip. l.* 3. *§.* 5. ff. *de Sepulch. viol. l. fin.* C. *de LL.*

(*d*) Nam exemptum eſſe à jure communi: (*ſc. dum dicitur contra ius eſſe, hoc non de omni, ſed tantùm civili jure intelligendum eſt, Enenkel. l.* 1. *c.* 3. *num.* 21. *& apparebit è ſequentib. concl.* 12. 13. 14. 15.) nec tam cōtra quàm præter, *l. un.* C. *de Theſaur. lib.* 10. Bart. *in l. nulla.* 25. *verſ. oppono. de lege ſi una.* ff. *de LL. Bald. in l.* 1. *pen. col. verſ. unde quæritur* C. *de Furt. ubi authoritatem* Privilegii *potiùs ſupra jus eſſe cenſet, quam contra.* Id gaudere prærogativâ, ipſum eſſe Privilegii conſtituit, *Ludov.* Carbo. *de ll. lib.* 9. *diſp.* 6. *infr. concl.* 25. Quamvis enim propriiſſimè pro lege privata ſumatur, quæ eſt contra jus, largiùs tamen ſumptum (quo in ſignificatu nobis venit:) comprehendit etiam illud, quod eſt præter jus, qualia ſunt Regalia, *Sanchez. de Matrimon. lib.* 8. *diſput.* 1. *num.* 1. *in fin.*

(*e*) Nec enim animo tollendi ipſam legem, *per vulgat. Exceptio firmat regulam in caſib. non exceptis.* Nec contra tenorem omnis rationis, ſed tantùm ſenſum legis communis rationisve generalis conceditur, C*arbo de ll. lib.* 9. *diſp.* 6. ſed Aequitas magis cauſa impulſiva conceſſionis, ſimulque de ſubſtantia actus eſt, *Enenkel lib.* 1. *de Privil. cap.* 12. *per tot. & cum primis num.* 20. *& ſeqq. ſed de his plurib. ad concl.* 30.

## *CONCLVS. IV.*

Indulgetur Privilegium conceſſione (*a*) vel Expreſsâ vel Tacitâ (*b*): Ad Expreſſam requiritur concedentis, ad minimum (*c*) voluntas (*d*) & Auctoritas ſive Poteſtas (*e*).

(*a*) Hæc naturalis rerum eſt ſeries, ut aliunde, non ex ſeſe trahant originem: proinde quinam privilegia rectè dent, videndum, *arg. l. naturali.* 7. *§.* 1. ff. *de Confirmand. tut.* Nam utrum aliquid non fiat, aut ab eo, qui non potuit, in idem recidit, *l.* 4. *§. ult. ff. de Offic. proconſ. l. more majorum.* 5. *ff. de juriſd. l. traditio.* 20. *ubi Dd. ff. de Adquir. rer. dom. c. quod.* 5. *in fin. de jur. patronat.* In tantum autem requiritur conceſſio, ut ad cauſæ ſimilitudinem Privilegio uti non liceat, *c. petiſtis.* 29. *de Privileg. Ioan. Aquila de poteſtate monetæ pag. m.* 10.

(*b*) *l. omnia privilegia.* 35. C. *de Epiſc. & cleric. Arumæus diſput. feud.* 4. *theſ.* 21. *Dn. Vultei.* 1. *de Feud. c.* 5. *n.* 7. *Sixtin.* 1. *de Regal.* 1. *num.* 17. De Tacita *infra concluſ.* 8.

(*c*) Concedentis voluntas ad minimum deſideratur, nec ſemper opus

 conſiliariis,

conſiliariis, utpote qui nec in legis ſanctione requiruntur, *arg. §. ſed & quod principi. Inſtit. de I.N.G. & C. l.1.ff.de Conſtit.princip. Dd. in l. humanum.8. C. de LL.Tapia ad l.fin.ff.de Conſtit.princip.part.1.cap.1.num.19.ubi contrariantes allegat, Dn.Buxtorff.poſt alios concluſ. 6. ad Aur. Bull.* Quum tamen legibus derogare res periculo plena videatur, at in arduis cautè & deliberatè ſit procedendum, *l.1.§.ſed & ſi quis. ff. de Carbon. edict. l. addictos. 29. C. de Appellat.c.uti periculum. de Elect.in 6. Ayrer. proceſſ. hiſtor. part. 1. cap. 9. lit. b. pag.m.*231. & ſubitæ largitionis comes ſit pœnitentia, *poſt Plin.7. epiſt. Lips.2. Pol.*17. humaniùs & rectiùs facit Princeps conſilio ſapientum utens, *Chriſtoph. Cuppenerus ad Auth.habita C. Ne fil.pro patr. pag.m.* 16. *Dn. Iul. Pacius ad eand. Auth.cap.3.num.2.Tapia d. loc.* Nam ſanè omnium temporum eventus docebit & docuit, plura in ſumma fortuna auſpiciis & conſiliis, quàm telis & manibus geri, *Tacit.13.annal.Lips.3.Pol.*1. Nec detrectarunt hoc Principes: Alexander Imp. nunquam de jure agere voluit, niſi ICtis eisque doctiſſimis viginti aut pluribus in conſilium adhibitis, *Lamprid.in vita ejus.* Imperatores hodiernos ſine ordinum conſenſu novas leges non conſtituere, notius eſt, *vide omnino Dn.Buxtorff.ad Aur. Bull. concl.6. VVolffrum de Principib. concl.8. a.* ſecus tamen in Privilegiis, niſi in præjudicium magnum imperii aut tertii vergant, ut ſunt vectigalium, *de quib. infr.* Nec quippiam juris in utroque ſibi vendicat Camera Imperialis, *Dn.Richard.Dieter. de ſumma poteſt. theſ.* 40. In Gallia autem nulli præjudicant Privilegia, niſi Parlamenti approbatio interveniat, *Dieter.d.loc.Matth.Steph.2.de jurisd.part.1.cap. 1. m. 1. num. 54. de quo tamen dubitat Beſold.1.Pol.5.§.16.num.*3. Quin & magnus Galliæ cancellarius non modò Privilegia ut obtineant diſponit & ſignat, ſed etiam regio annulo confirmata ſcalpello inducere & reſcindere pro authoritate ſibi data poteſt, *L'Eſtat de France num.* 26. In Belgio Principis conſilium, 12. Doctoribus conſtans, conſentit in Privilegiis & immunitatibus conceſſis, dat leges, ſtatuta & edicta, *L'Eſtat des Paysbas num.*22. Quod ſi in Monarchico ſtatu obtinet, magis Civitas ſtatutum faciens debet convocare magiſtratus & habere conſilium prudentum, *Bart.in l.omnes populi.quæſt.2.ff.de I. & I. gl. & Alex. ab Imola in l.1.in pr.§.novi juris ff. Quod quisq; jur.* Inde magnum conſilium (Gallis, *le grand conſeil:*) ex cujus placito de majoris momenti rebus diſponatur, bene conſtitutæ Reipub. fundamentum cenſetur, *L'Eſtat de Ragouſe num.*12. *De quo conſilio vide Althuſ. Polit. cap. 5. num. 54. & ſeqq.* ubi omnes vocandi, *l.2.C.de Decur.lib.10.Bart.in l. nulli.3.in fin.ff. Quod cuiusque univ. nom* & tum *uti de Anglis teſtatur Thom.Smith.de Repub. Anglor. lib. 2. cap. 3.* ſecundùm ICtor. regulam, majora vota concludunt, *L. quod major. 19. ff. Ad municipal.l.4.ff.Quod cujusq; univerſ.nom.l.45.C.de Decur. Althuſ.Pol.cap.4. num.*18. *Gail.de Pignor.obſ.20.num.2.3.& 7.* De modo ſive forma decernendi *vide Dn. Althuſ.cap.5.polit.num.62.& ſeqq.& ante cap. 4. num.* 19. Ità in Rep. Romana gratiæ à Senatu approbandæ erant, *Enenkel.lib.1.cap.9.num.25.Clarus lib.5.§.fin.quæſt.59.num.*10. Et Venetiis damnati reſtituuntur à toto Senatu, *Matth.Steph.2.de jurisd.part.1.cap.1.memb.2.n.*136. Si autem derogetur juri ſingularum perſonarum, tum non ſufficit major pars, ſed omnium approbatio deſideratur, *l.fin.circa fin.C.de Auctor.præſt. Bart. in l. in concedendo. 8. §.fin.ff.de Aq.& aqu.pluv.arcend.l.7.in fin.ff.de Pact.l.1. C. Qui bon. ced. poſſ. Althuſ.in polit.cap.4.num.20.Vid.Buxtorff.ad Aur.Bull. concl.35. b. Zach.Vietor de Exempt.generib.concl.5. Author* deß wohlmeinenden *diſcurs pag.*197. *Caſpar. Klock de contribut. theſ.12.lit.b.volum.Baſil.1.VVolffrum de Principib. concl.8.*

*Alphonſ.*

Alphonſ.Vilagut.in tract.de Reb.eccleſiæ malè alienat.reſtit.lib.1.cap.86.num.5. & lib.1.cap.102.num.9. Reinking.1.de Regim.ſecul. & Eccleſ.cl.5.cap.8.n.62. & ſeqq. Schurff.conſ.59.n.30.cent.1. Petr.Peck.ad c.omnes.29. & Dd.communiter de R.I. in 6. Vbi plerique in religionis negotio majora prævalere rectè negant; uti quoque hoc multitudinis argumentum contra Capiſtranum diluit Ioannes Rochezana dicto Chriſti, Multi ſunt vocati, pauci verè electi vid. Authorem paraleipomenon rer. memorabil. addit. Chron. Abbat. Vrſperg. pag.m. 409. Quando autem concorditer, unanimiter aut pariter quid factum dicatur, vide Alphonſ.Vilagut.d.tract.de Reb.Eccleſ.& c.lib.1.cap.3.num.8. & ſeqq. Quomodo rurſus in intereſſe ſingulorum major pars conſideretur, eleganter tradit idem Vilagut d.tr.lib.1.cap.86.n.5.

(d) Ludov.Carbo de LL.lib.9.diſp.6. Nemo enim invitus tenetur donare, l.donari.29.ff.de Donat.l.unum.67.§.1.ff.de Legat. 2. l. rem legatam. 18. in fin.ff.de Adimend.vel transfer.legat.l.82.ff.de R.I. l.velles.6.C.de Revoc.donat. Indeque propter defectum voluntatis Privilegium non conſtituit I. Minor, quod tamen de impuberibus & infantibus propriè intelligendum eſt, §.pupillus.9.cum ſeq.Inſtit.de inutil. ſtipulat. §.1.Inſtit. Quib.non eſt permiſſ.fac. teſt. Gothofred. Anton. diſp. feud. 3.th.5.b. Dn.Roſenthal.cap.3.concl.14.15.17. Puberes tamen potiùs defectu liberæ adminiſtrationis bonorum. arg.c.unic. in pr. Per quos fiat inveſtit. Matth.Steph.2.de jurisd. part.1.cap.7.num.303. II. Furioſus, utpote cujus nulla voluntas aut propoſitum, §.furioſus.8.Inſt.de Inutilib. ſtipulat. l.furioſi. 40. ff. de R. I. ſecus ſi dilucida intervalla habeat, arg. §.1.Inſt.Quib.non eſt permiſſ.fac.teſtam. l.cum aliis.6. C. de Curat. furioſ. Dn. Roſenthal. de Feud. cap. 3. concl. 17. num. 9. III. Ebrius, qui furioſo, c. venter.35.diſtinct. ignoranti, c.ſanè.15.quæſt.1. Maſcard.concl.579. num.3. vol.2. & mente exulenti, c.à crapula.14.de Vit. & honeſt.cleric. comparatur: quamvis haud raro contingere videamus; ita Tiberius Flacco & Piſoni, quòd ſecum biduum continuum potando exegiſſent, provincias & præfecturas præmii loco contulit, indeque ob bibacitatem Biberius dictus eſt, Sueton.in Tiber. IV. Errans, Gail.2.obſ.1.num.18. quia errantis non eſt conſenſus neque voluntas, l.nihil conſenſui.116.§.fin.ubi Cagn. & Dec.ff.de R.I. l.ſi quis.15.ff.de judic.l.non idcirco.9.C.de jur. & fact.ignor. Gail.2.obſ.13.num.10. quæ cauſa eſt, cur conceſſio juris tanquam devoluti, cùm devolutum non ſit, minimè valeat, c. ex parte.ubi CC.de Conceſſ.præben. Gothofred.Anton.diſp.feud.3.th.3.lit.b. Dn.Roſenthal.de Feud.cap.4.concl.10.gl.a. Vt nec Motus proprius, argum.l.quidam conſulebat.57.ff.de Re judic.poſt Bald. in l.imperialis. §.ſi miles C. de Nupt. Enenkel.1.de Privileg.5.num.11. nec plenitudo poteſtatis extendatur ad ea, quæ principi ſunt incognita, Reuſner.lib.1.conſ.1.num. 217. Socin. conſ. 136. col. 6. lib.3. Minus autem VI extorqueri Privilegium poteſt, quod vis maximè contraria ſit voluntati, per vulgaria, ut à petitione etiam excludatur, qui non dubitavit invadere, l.unic.in fin.C.de Suffrag. adeoque invalidum reddit impetratum, l. 1. C. de Fund. limitroph. lib. 11. & actus violenti nullam legitimam poſſeſſionem, minùs præſcriptionem inducunt, arg.l.ſi quid.fin. ff. de Vſucap. l.1.C.de Servit. & aq. Gilman. deciſ. Camer.40.num.39.lib.2. Natta conſ. 106. num.12. & ſeqq. & conſ.408. num.15. Vt nec juramentum ſi accedat, ſed metu extortum, hîc ſit obligatorium, c. non eſt obligatorium. 58. de R. I. in 6. c. cum contingat.28.de jurejur.c.in malis.22.quæſt.4.c.abbas.2.c. ad audientiam. 4.de His quæ vi metusve cauſ.c.pervenit.2.c.ſi verò.8.de jurejur. Speckhan. Qq. iur. cent.2.claſſ.2.quæſt.14. Petr. Martyr. loc. comm. Theol. claſſ. 2. cap. 13. §. 17. &

*ſeqq. And. Gail. 1. obſ. 25. num. 5. & obſ. 100. num. 3. & lib. 2. obſ. 42. num. 4. Vid. Rauchbar. part. 2. quæſt. 4. per tot.* Iuſtus tamen metus is demum dicitur, qui in conſtantem virum cadit, *l. metum. 6. ff. Quod met. cauſ. l. hoc edictum. 2. §. 1. ff. Ex quib. cauſ. major. l. ſi quis ab alio. 13. ff. de Re judic. l. Vani. 148. ff. de R. I.* Sic itaque recapitulando, vis, metus, error, adeoque voluntatis defectus, factum Principis infectum haberi geſtiunt, *Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. tit. 1. cap. 2. §. 12.*

(e) *Ludov. Carbo de LL. lib. 9. diſp. 7. num. 6.* Nemo enim in diſpoſitione ſua quantumcunque generali cenſetur illud voluiſſe diſponere, in quo nullam habet diſponendi voluntatem aut facultatem, *c. à nobis. 28. de ſentent. excomm. Mod. Piſtor. conſ. 19. num. 24. & conſ. ult. n. 50. Vol. 2.*

## *CONCLVS. V.*

Poteſtas hæc competit aut jure proprio (*a*): aut beneficio alterius (*b*). Jure proprio eam habuit olim Populus Rom. (*c*) Nunc Imperator (*d*) ſtatim ab electione (*e*): Idemque ſibi vendicat Summus Rom. Pontifex (*f*).

(*a*) *l. more. 5. ff. de jurisd. de Pace Conſtant. §. volumus. ibi: ſpecialiter.* jure proprio autem habetur, quum ſuperior niſi Deus, *l. 1. in pr. C. de Vet. jur. enucl. Nov. 6. in pr. Nov. 28. cap. 4. in fin. Reinking. 1. de Regim. cl. 1. cap. 2. num. 3.* & Enſis *Schonborn. 5. polit. 5. Thom. Michael. de jurisd. concl. 2. b.* non agnoſcitur: Cui titulus Dei gratia, von Gottes Gnaden/ competit, *Ex proverb. Salomon. cap. 6. verſ. 15. VVeſenb. in pr. proœm. Inſtit. num. 3. Chaſſanæus ad conſuet. Burdeg. in proœm. ad verb. par la grace de Dieu.* quo quidem Germaniæ Principes etiam utuntur, ſed ex Privilegio, *uti monet Matth. Steph. 2. de jurisd. part. 2. cap. 7. num. 42.* Appellatur in privatis authoritas, in Principe Majeſtas, *l. 3. ff. Ad L. Iul. Maieſt. in pr. proœm. Inſtit. Iuſtus Lipſius 2. polit. 16. in pr. Cruger. diſp. polit. 5. theſ. 2. Beſold. 1. polit. 2. §. 1.* ſive à magnitudine, *uti vult Duaren. ad tit. de L. Iul. Maieſt. cap. 1.* ſeu ab eo, quod major ſit ſtatus, *poſt Oldrad. & Gig. Thom. Michaël. de jurisd. concl. 7. lit. e. Videatur & Decian. in tr. crim. lib. 7. cap. 1. n. 3.* Interdum autem pro veneratione viris virtute præditis debita, *ex definitione Lipſii 2. polit. 16. Petr. Gregor. 8. de Repub. cap. 4.* interdum etiam pro imperio judicis poſita reperitur, *l. pen. ff. de I. & I. l. 9. ff. de jurisd.* Frequentius tamen & per prius, nobis quoque, *uti jam dictum*, pro imperio ſummo & maximo uſurpatur, *Dd. ad l. 3. ff. de jurisd. Beſold. 1. polit. 2. §. 1.* Gallis, Souveraineté, Souveraine puiſſance, *Nicod. in Diction.* Quæ majeſtas haud malè diſtinguitur, ut Realis ſit, quæ in legibus fundamentalibus Reip. conſiſtit, *Hoenon. diſp. pol. 3. th. 37. Beſold. 1. polit. 2. §. 2. & ſeqq.* & Perſonalis, quæ in hominis adminiſtratione acquieſcit, *Hoenon. d. diſp. th. 38. Beſold. d. c. 2. §. 7. & ſeq.* Hæc morti obnoxia, illa perpetua eſt, *Beſold. d. c. §. 5. arg. l. 7. §. pen. ff. de Captiv. & poſtlim. rev. l. 1. §. 1. ff. Ad L. Iul. Maieſt. quod agnoſcens Tiberius in edicto, Principes, ait, mortales, Rempub. æternam eſſe, Tacit. lib. 3. annal.* Cui & ſuam majeſtatem fert acceptam, *Beſold. 1. polit. 2. §. 5. Zach. Vietor. de Exempt. concl. 35.* & cujus reſpectu Reſpub. Principe major judicatur, *Beſold. 1. polit. 2. §. 5. Reinking. 1. de Regim. claſſ. 5. cap. 9. per tot.* Nihilominus Perſonali Majeſtate gaudens, ſummam & perpetuam legibusque ſolutam habet poteſtatem, *Arn. Clapmar. 1. de Arcan.*

*Rerump.*

Rerump.cap.11. Treutler.diſp.de Form.Rerumpub.th.4.volum.Baſil.1.Beſold.1. polit.2.§.7.& ſeqq.

(b) Nimirum beneficio ejus, qui ſuperiorem non recognoſcit, Beſold. 1.polit.4.§.56.& 57.& 2.pol.3.§.14. Reinking.1.de Regim.claſſ.5.cap. 1. num. 13. Bocer.de Regal.cap.1.n.5.

(c) Ex quo Reges ob ſtuprum Lucretiæ illatum ejecti erant, de quo Livius.hiſtor.lib.2.l.2.§.exactis.3.ff.de Orig.jur.Mindan.in princ. Epiſt. dedic. tr. de Proceſſ. Populo Rom. omnis majeſtas competebat, adeoque omnis priſtini juris conditor exiſtebat: quoniam ſibi tria reſervaverat, 1. jus creandorum magiſtratuum, 2. pacis & belli, 3. legis ferendæ, Halicarnaſſ.lib.6.VVeſenbec.ad §.Lex eſt.4.Inſtit.de I.N.G.& C.Rittershuſ. ad LL.12. Tabul. cl 1. c.1. Itaque L.1.ff.de LL. omnibus ſpeciebus convenit: nimirum Plebiſcita, per legem Hortenſiam demum valuere: SCta populi juſſu: Principum placita, per legem Regiam: Prætorum edicta, ob magiſtratus conceſſionem à populo factam: Reſponſa prudentum, ex populi tacita approbatione, l.2.§.his.ff.de O.I. Sed populus poſtea, per legem Regiam (quæ & lex imperii vocatur, l. ex imperfecto.3.C.de Teſtam.Th.Lanſius diſp.de Lege Regia, ſingul. inter Baſileenſes volum.4.) Auguſti tempore, uti veriſimile eſt, latam, arg.l. apud eum. 14. §. fin.ff.de Manumiſſ.Anno V. Cond. 729. Beſold.1.polit.5.§.15. num.3. Caſp. Coch. diſp.de Regal.dignit.th.151. Lanſius d.diſp.th.40. Arumæus Exercit.1.th.18. Forſter.hiſtor.jur.lib.1.cap.32.num.6. Borcholt. ad §. conſtat. Inſtit. de I.N.G.& C. Bruckman.ad §.ſoluta poteſtas.cap.3.num.100. Matth.Steph. 2.de iurisd. part. 1.cap.1.num.70.& ſeqq. eâ poteſtate ſe exuit, §.ſed & quod Principi.6.ubi Mynſing.Borcholt.Pacius,VVeſenb.Ioan.Faber & Dd. communiter Inſtit. de I. N. G. & C.Caſp.Coch. de Regal. dignit. theſ. 121. & in Principem, h. e. Imperatorem. d.§.ſed & quod.& l.1.ff.de Conſtit. princip. l. Princeps. 31. ubi Dd.ff.de LL.l.digna vox.C.eod.Garſ.Maſtrill.1.de Magiſtrat.cap.4.num.10. tranſtulit, §.ſed & quod Principi.6.Inſtit.de I.N.G.& C. l.1.in pr. ff. de Conſtit. princip. ubi Gothofred.& Dd. Schonborn.5.polit.4. Beſold.1.polit.5.§.14.& 15.num. 2. Rittershuſ. ad LL.12.Tab.claſſ.2.cap.1.

(d) Ex d. l. Regia Imp. lex animata in terris eſt, Novell. 105. cap. 2. in fin.ubi gloſſ.Reinking.1.de Regim. claſſ. 3. cap.12.num.53. Gail.2.obſ.55. num.4. ut legibus univerſalibus, l.3.§.Divus.5.ff.de Sepulchr.Viol.l.2.§. noviſſimè. 11. ff.de Orig.iur. l.1.in princ.ff.de Conſtit.princip.l.3.l fin.§.pen.& ultim.C.de LL. in omne ævum valituris, Nov.1.§.his igitur.in fin. cunctos ſolus valeat obſtringere, Schonborn.3.polit.2.& 5.polit.11. Beſold. 1.polit.4. §.2. Richard. Dieter. de Maieſtat. theſ.86. Reinking.2.de Regim. claſſ.2.cap.5.num.25. & Nos infra concluſ.16.lit.a. Rurſusque ſolus eaſdem leges queat mutare & tollere arg. l. 37.l. 53.l.100.l.102.§.1.ff.de R. I. l.1.& ult.C.de LL. Treutl.1. diſput.1. theſ.5.a. Petr. Heigius. Qq.iur.part.1.quæſt.1.num.101. Reinking.2.de Regim.cl.2. cap.5.num. 4.& ſeqq. Vt minus dubii ſit, quin ſuo jure lege univerſali ſolvere queat & immunitates indulgere, l.16.ff.de LL. l.1.ff.de Conſtit.princip.l.2.ff.de Teſtam. milit. l.1.§.idq; à principe.42.ff.de Aqu.quotid. & æſtiv. l.18. §. 1. ff. de Aq. & aq.pluv. l.1.l.ult.in fin.C.de LL.l.1.ubi gl.& Dd.C.de Immunit. nem. conced.c. contra morem.8.Diſt.100.ubi gl.Schonborn.5.polit.16. Beſold. 1.polit.4.§.4. Carol. Tapia ad rubr. de Conſtit.princip.cap.4. num. 30. Rittershuſ. ad ll. 12. Tab. claſſ.2.cap.1. Reinking.1.de Regim.claſſ.3.cap.12. num.41.& ſeqq. & lib. 2. cl. 2. cap.8.num.19. Enenkel.1.de Privileg.7.num.20. Matth.Steph. 2. de Iurisd.part. 1.cap.1.memb.2.num.152.& ſeqq. Alexand.conſ.101.num.3.& ſeq. vol. 1. Nimi-

rum

rum ipſi Majeſtas, titulus *Käyſ. Majeſtät*/ propriè & per prius, *§.3. Inſtit. de Publ. iudic. Caſp. Coch. de Regal. digit. theſ.* 121. *Matth. Steph. 2. de Iuriſd. part. 1. c. 1. membr. 2. num.* 163. aliis ſerenitatis vel celſitudinis, *Königlicher Würden*/ *poſt Bodin. 1. de Repub. 10. Thom. Michaël. de Iuriſd. concl. 7. lit. e.* tribuitur, *ut Dn. Roſenthal. p. m. patronus olim meus, ſæpius meminerit, ſibi in Comitiis Ratisbonenſibus aliquoties litem motam eſſe, quòd Regi Daniæ ( cuius tunc legatum ibi agebat : ) Maieſtatis vocabulum dediſſet.* Appellatur autem Imperium noſtrum rectè adhuc Monarchicum, *Schonborn. 5. polit. 5. Hoenon. diſp. polit. 9. theſ. 14. Beſold. 1. polit. 2. §. 24. Caſp. Coch. de Regal. dignit. theſ. 144. & ſeqq. Treutl. 1. diſp. 1. th. 5. a. Ant. Coler. diſp. de Iure imper. th. 30. Zach. Vietor. de Exempt. concl. 3. Reinking. 1. de Regim. claſſ. 2. cap. 2. per tot. inprimis n. 52. & ſeqq.* nec omnino malè Romanum, *Dn. Ioach. Cluten in Sylloge rer. quotid. 1. lit. b. Reinking. 1. de Regim. claſſ. 2. cap. 3. per tot. Alb. Gent. 1. de Iur. belli cap.* 23. Quamvis Imperatoris poteſtatem adeò conciſam dicat Satyricus, ut Germania jam vix agrum urbemvè inveniat, quam Imperatori pleno jure cum imperio tradat. *Euphormio in Icon. animor. c. 5. pag. m.* 366.

(*e*) *arg. Aur. Bull. tit. 2. §.* *Und dieweil*/ *Caſp. Coch. de Regal. dignit. theſ. 16. Arumæus diſp. ad Aur. Bull. 2. th. 22.* Reinking. 1. de Regim. *claſſ. 3. cap. 7. Everh. in Topic. loc. à vi ſubrogationis. 122. num. 19. Gars. Maſtrill. 1. de Magiſtrat. cap. 4. num. 15. & cap. 5. num.* 29. De coronatione, *vide Schonborn. 5. polit. 9. Caſpar. Coch. de Regal. dignit. theſ. 139. Dn. Buxtorff. ad Aur. Bull. th. 46.* Reinking. 1. *de Regim. claſſ. 3. cap. 8. per tot. Matth. Steph. 2. de Iuriſd. part. 1. cap. 1. num.* 133. Et ſic electus necdum coronatus Rex Romanorum appellatur, non Imperaeor, *vide Arumæ. diſp. ad* Aur. *Bull. 2. th. 21. vide & infr. noſtram concl. 5. lit. e.* Minùs verò etiam Papæ coronationem hîc deſideramus, *Cruger. diſp. polit. 5. th. 39. Caſp. Coch. de Regal. dignit. th. 139. & ſeqq.* Buxtorff. *diſſertat. ad* Aur. *Bull. theſ. 38. c. d. Matth. Steph. 2. de Iuriſd. part. 1. cap. 1. num. 121. 142. & ſeqq.* Vtpote cui ſaltem in temporalibus nullum jus in Imperatorem, *Schonborn. 5. pol. 10. Thom. Michaël. de Iuriſd. concl. 3. concl. 6. a. Iuſtus Sinold. de Vicar. imperii theſ. 3. volum. Baſileenſi 5. & ibid. theſ.* 41. aut alios Reges abſolutos competit, *Cruger. d. diſp. 5. theſ. 28. 30. & ſeq. Caſp. Coch. d. diſp. theſ. 143. Thom. Michaël. de Iuriſd. concl. 6. lit. b. Gothofred. Anton. diſp. feud. 2. theſ. 3. lit. a.* Reinking. 1. de Re*gim. claſſ. 2. cap. 5.* Quum eundem tam divina, *Matth. 20. verſ. 25. & c. 22. v. 21. Marc. 10. v. 42. Luc. 22. v. 25. Iohan. 18. v. 36. 1. Petr. 2. v. 1. & 2. ad Tit. 3. v. 1. Sinold. de Vicar. imperii th. 4. Thom. Michaël. de Iuriſd. concl. 4. lit. b. & c.* quàm civilia jura, l. 2. *§. ſed quia. 118.* C. *de Vet. jur. enucl. arg. Nov. 1. in pr. Thom. Michael. concl. 4. lit. a. & c. ubi vide omnino.* Imperatori ſubmittant, *Beſold. 1. polit. 2. §. 19. Paræus ad cap. 13. ad Rom. Petr. Martyr. in Loc. comm. Theol. claſſ. 4. cap. 13. §. 7. & ſeqq. Dn. Helfr. Vlric. Hunnius diſput. feud. 2. th. 61. Iuſtus Sinold. de Vicar. imperii, th. 4. Dn.* Remigius *Feſch. in eleganti diſput. de Fœderib. concl. 5. lit. g. Thom. Michael. de juriſd. concl. 3. 4. 5. Dn. Vultei. 1. de Feud. cap. 5. num. 11. pag. m. 76.* Nec ex coronatione contra coronatum ducitur argumentum ad ſubjectionem, non magis ac ſibi hinc vendicat, Epiſcopus Toletanus, in Hiſpaniæ, Rhemenſis, in Galliæ; Cantuarienſis in Angliæ : Strigonenſis in Pannoniæ: Cueſnenſis in Poloniæ : Vpſalienſis in Daniæ : Pragenſis in Bohemiæ Reges. utpote à quibus hi coronantur. *Vid. Cruger. diſp. pol. 5. th. 39.*

(*f*) Abſoluta & admiranda Papæ poteſtas, *de qua videre eſt apud Cruger. diſp. pol. 5. th. 28.* Reinking. 1. de Reg*im. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 2. cap. 4. num.* 38. *& ſeqq. Garſ.* Maſtrill. *de* Magiſtrat. *lib. 1. cap. 2. Hieran. Giachar. conſ. de Syndicatu*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0016-0

*dicatu num 324. quaq; parvulis usque adeò inculcatur, ut parvæ mentes ipſiſſo judicio inter numen & papam vix diſtinguant, uti ait Euphormio part 3. pag. m.275.* ſatis quidem lubrico fundamento, Donatione ſcilicet Conſtantini Magni, *uti volunt per c. Conſtantinus. 13. Diſt. 96 c. futuram. 12. q. 1. c. Ego Ludovicus Diſt. 63.* nititur, quam fictam eſſe, ſatis ſuperque demonſtrari poteſt, *Cruger. diſp. Polit. 5. th 32 & ſeqq. Herm. Kirchner. de Repub. diſputat. 6. coroll. 2. & 3. Schonb. 2. Polit. 17. Beſold. 1. Pol. 2 §. 20. in not. Dn. Ant. Matthæi diſp. ſingul annexæ colleg. inſtit. jur. Gothofred. Anton. diſp. feud. 2. th. 3. a. A. Coler. de jure imperii concl. 14. & ſeq Dn. Cluten. in ſylloge th. 7. Thom. Michaël de juriſdict. concl. 18. Norderman. de jure principat. th. 18. volum Baſileenſi 4 Schneidevv. in prooem. Inſtit. num. 8 Reineking. 1. de Regim. cl. 2. cap. 8. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 1. m. 1. num. 31. & ſeqq. Andr. Alciat. 7. parerg. c. 19.* An verò fieri potuerit? vanæ ventilationis eſt, *vide tamen Schonb. 2. Pol 17. Buxtorff diſſert ad A B concl. 2. lit. m. Thom. Michaël. de juriſd. concl. 15. 16. 19. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 1. m. 1. n. 5. & ſeqq. n. 31. & ſeqq. Petr. Gregor. Tholoſ. 6. de Repub. 13. n. 29. & ſeqq.* Tutò tamen hoc ſcuto tot ſeculorum decurſu firmato, & à Ludovico Pio, *c. ego Ludovicus. 63 Sigon lib. 4. de Regn. Ital.* rurſusque ab Ottone *cap. tibi domine. 63. Diſt* confirmato, *Cruger. diſp. 5. Pol. th 34.* Italiæ Principatum defendet, *Schneidevvin. in prooem. Inſtit. n. 8. Sixtin. 1. de Regal. 4. nu. 116.* Hinc igitur ſuo jure Regalia habere cenſetur, *Matth. de Afflict. in cap. 1. num. 1. de Feud. March. ubi communem dicit Petr. Gambacurta de Immunit. Eccleſ. lib 5. c. 40. n. 5. Ant. Peregrin. de jur. fiſc lib 1 cap. 2. num. 2. Magerus de Advocat. cap. 6. n. 18. 19. Peregrin. Iannin. de citat. real. lib. 1. cap. 1. num. 222 Garſ. Maſtrill. 1. de Magiſtrat. cap. 2. num. 1.* Ita & Privilegia in ſpiritualibus ac temporalibus, in terris Romanæ Eccleſiæ ſubjectis rectè concedit, *Guido Papæ deciſ. Gratianop. quæſt 354 & in not. lit. a.*

## CONCLUS. VI.

Nec minùs legum nexu ſolvunt Reges *(a)*, Galliæ *(b)*, Hiſpaniæ *(c)*, Magnæ Britanniæ *(d)*, Poloniæ *(e)*, Hungariæ *(f)*, Succiæ *(g)*, Daniæ *(h)*: Etiam infideles *(i)*: Identidem exemptione ſui gaudentes Principes *(k)*, & Liberæ Reſpub. *(l)*.

*(a)* Quamvis cuncti Imperatori primas cedant, *Nov. 30. in pr. Schonb. 5. Pol 5. Beſold. 1. Polit. 2. §. 23. Dn. Cluten in Sylloge th. 9. lit. E. Lanſius in Conſultat. pag. m. 113. Syring. de Pac. relig. th. 15. Reinek. 1. de Regim. cl. 2. c. 7 per tot. Magerus de Advocatia cap 6. n. 22. & num 370.* & dignitates ſuas ut plurimum debeant, *uti in Dano, Bohemo, Polono exemplificat Reinek. 1. de Regim. cl 2. c. 7. num 40. Io. Pincier parerg. lib. 1. cap. 41. L' Eſtat de Pologne n. 20.* ac Imp. & Papa ſuper omnes ſint, *ſecundùm c. duo. 10. diſt. 96. Peregrin. Iannin de Citat. real. lib 1. c. 1 num 684. Magerus de Advocat cap. 13. n. 278.* Non tamen abinde Imperator Mundi dominus, *uti appellatur in L. deprecatio. 9. ff Ad L. Rhod. de jact. L. bene à Zenone. 3. §. 1. C de Quadrien præſcript.* ſimpliciter & abſolutè dicendus videtur, *per L. mercatores. 4. C. de Commerc L. 2. C. de Offic. præfect. præt. Afric. poſt Ludov Vivem, qui aliud ſtatuentes dicit faces orbis terrarum, Iacob. Spiegel. in not. ad fin. lib. 2. Guntheri Ligurini in verb. Atque monarchiam Beſold. 1. Pol. 2. §. 22. Lanſius in conſultat. pag. m. 186. contrarium ſtatuentes,*

tuentes, operâ & literis abuti dicit: *Quoniam Romanum Imperium, quandò vel maximum fuit, Hiſpanico minus fuit: id quod terminos oſtendendo plurib. perſequitur Thom. Lanſius in conſultat. pro Hiſpania pag. m. 234. Hodie verò de 90 gradibus Romani Imperii in longitudinem & 45. in latitudinem ab Æquinoctiali Septentrionem verſus, vix 10. gradus tam in longitudinem, quàm latitudinem, ſuperſunt, Caſp. Coch de Regal. dignit. th. 176. ex not. Freher. ad lib. 2. Petri de Andlo.* Sed & quilibet Rex in ſuo regno Imperator & monarcha eſt, *L. non dubito. 7. §. 1. ff. de Captiv. & poſtlim. rev. L. poſtliminium 19. in pr. eod. gl. in c. in apibus. 7. q. 1. Schneidevv. ad tit. Inſt. de Heredit. quæ ab inteſt. loc de Succeſſ. fiſ. n 8. & de Feud. part. 3. n. 64. 65. Caſp. Coch. de Regal. dignit. th. 166. Ioſias Nolden de Nobilit th. 16. Weſenbec. in Parat. C. de LL. n. 3. Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. c. 4. n 3. & 4. Magerus de Advocat. c. 6. n. 25. Dn. Roſenthal. de Feud. cap. 5. concl. 69 lit. C. Dn. Pacius de Dominio maris Adriatici pag. 11. & ſeqq. Mynſing. conſ 44. n. 10.* nec opus quærere quo jure: *nam cum de effectu conſtat, quæſtio de jure omitti poteſt, exemplo Scavolæ in L. Gallus. 28. §. ſi ejus. ff. de Liber. & poſthum. Pacius d. conſ. pag. 14.* Ideoque idem poteſt, quod Imp. in Imperio, *Caſp. Coch. de Regal. dignit, th. 232. Dn. Remig. Feſch. de Fœderib. concl. 6. lit. a Dn. Roſenthal. de Feud. cap. 10 concl. 1. nu. 6. Peregrin. de jure fiſci. c. 2 n. 44 & 45. Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. c. 4. n. 3.* quin & à generalium legum rigore levare, *Enenkel 1. de Privil c. 4. n. 22. Guido Papæ deciſ. Gratianop. q. 354. & in notis ibid. lit. a.* Videntur quoque immediatè hæc jura Principis exercere, qui non abſoluti, ſed ſubalterni ſunt, *Beſold. 1. Polit. 9. concl. 3.* utpote qui nihilominus Regalia ſuo jure habere dicuntur, *Magerus de Advocatia cap. 6. n. 75. Maſtrill de Magiſtrat. lib. 1. c. 4. n. 13. Sixtin. 1. de Regal. c. 5. n. 18.* & ſunt tales vel tributarii, *Beſold. 1. Pol. 9. §. 3. n. 3. Thom. Lanſius diſp. de Lege Regia th. 51.* vel feudi jure devincti, *Beſold. d. c. 9. §. 4. Weſenb. in parat. C. de LL num. 3.* ut &, qui partem aliquam ſubditi titulo tenent, *Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 1. c. 4. n. 53. 61.* Veluti Rex Hiſpaniæ qui quo ad Ducatum Burgundiæ membrum Imperii reputatur, *Hering. de Fidejuſſ. c. 7. n. 574. Gail. de Arreſt. c. 6. n. 15* & Rex Daniæ, quoad Ducatum Holſatiæ, *Hering. d. c. 7. nu. 577. & 578. Gail. d. loc.* Poſſe autem unius ejusdemque perſonæ duplicem eſſe reſpectum, *poſt alios eleganter notat Syring. diſp. de Pace relig. th. 40. lit. a. Vol. Baſil. 5. ubi nomine Caroli V. Imp. contra eundem Carolum ut Burgundiæ ducem proceſſus decretos refert.* Quod ipſum Ludovicus XII. Galliar. Rex, egregio epiphonemate indigitat, negando, Regem Galliæ exequi injurias Duci Aurelianenſi illatas: quum nimirũ civis cujusdam Aurelianenſis bona, (quòd contra ipſum ut Ducem Aurelianenſem Caroli VIII. tempore perpetraſſet) confiſcanda peterentur. *Lanſius in conſultat. pro Gallia pag. m. 192.* (b.) Rex Galliæ inter reliquos ſibi primum locum vendicat, *Peregrin. Iannin. de citat. real. l. 1. c. 1. n. 758.* & abſolutus à nemine dependet, *Arumæ. diſp feud. 3. th. 12. Dn. Feſch de Fœderib. concl. 6. lit. b. Caſp. Coch de Regal. dignit. th. 168. Petr. Gambacurta de Immunit. Eccleſ. lib 5. c. 40. n. 2. Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. l. 1. c. 4. num. 17. Peregrin. Iannin. de Citat real. l. 1. c. 1 nu. 757. 758. 759. Cormerius in Cod. Henr. IV. lib. 7. tit. 1. cap. 2. in pr. pag. 155.* ſuoque jure Privilegia largitur, *L'Eſtat de France nu. 23. Philipp. Honor. theſaur Polit. part. 1 pag. m. 126. & p. 682. Beſold. 1. Polit 5. § 16. Guido Papæ deciſ Gratianop. 354. n. 1.* Olim tamen gubernatores ſingularum Provinciarum Galliæ, noxæ eximere, nundinas concedere, nobilitare & legitimare poterant, ſed Ludov. XII hanc illorum poteſtatem circumſcripſit & publico decreto ſuſtulit, *L'Eſtat de France num. 26. in fin.*

(c) Regi

(c) Regi Catholico primas defert Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. c. 4. n. 18. quia Maxima ejus eſt potentia, vide Philipp. Honor. theſaur. Polit. part. 1. diſc. quam indigitans ſe Oceani Regem dicit, L'Eſtat du Roy d'Eſpagne num. 9. & Philippus II. Sphæram mundi inſignibus ſuis adjunxit, Thom. Lanſius in conſultat. pro Hiſpania pag. m. 234. Superiorem non agnoſcit, L'Eſtat du Roy d'Eſpagne num. 9. Caſp. Coch. de Regal. dign. th. 149. Arumæus diſp. feud. 3. th. 12. Covarruv. in c. peccatum p. 2 § 9. de R. I. in 6. Rem. Feſch. de Fœderib. concl. 6. lit. c. Peregrin. Iannin. de Citat. real. l. 1 c. 1. n. 760. & ſeqq. ut quin Privilegia largiatur dubium nullum ſit, Garſ. Maſtrill. in commentar. ad indult. gen. c. 2. n. 1.

(d) Thom. Smith de Repub. Angl. lib. 1. c. 9. & lib. 2 c. 4. L'Eſtat d'Angleterre. n. 15. L'Eſtat d'Eſcoſſe. n. 12. C. Coch de Regal. dign. th. 171. Arumæus diſp. feud. 3. th. 12. Dn. Feſch. de Fœder. concl. 6. lit. d. Beſold. 1. Pol. 5. § 18.

(e) Caſp. Coch. de Regal. dign. th. 175. & Dn. Feſch. de Fœderib. concl. 6. lit. e. L'Eſtat de Pologne. n. 22. (f) Reichs Abſchied de Anno 1566. vber vorigs haben vns Churfürſten. Caſp. Coch. th. 174. Remig. Feſch. concl. 6. lit. i.

(g) Caſp. Coch. th. 172. Remig. d. concl. 6. lit. g. (h) L'Eſtat de Dennemarck num. 19. Caſp. Coch. de Regal. dign. th. 172. Dn. Feſch. concl. 6. lit f. Laur. Kirchov. conſ. IC. Germ. tom. 4. conſ 17. n. 28. (i) Infidelibus Majeſtatem & regalia non denegamus, arg. Matth. 22 v. 21. Marc. 12. v. 17. Dn. Feſch. de Fœderib. th. 6 lit. l. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 19. Covarruv. in c. peccatum p. 2. §. 10. num. 2. de R. I. in 6. Garſ. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. c. 9. per tot. quia Regna & ſic Regalia ſunt jurisgentium, Sixtin. 1. de Regal. 5. nu. 20. ut Attabaliba Rex Peruanus ſe abſolutum, Papam verò, alienæ rei donatorem, inſigniter fatuum & impudentem, non immeritò dixerit, Benzo in hiſtor. Ind Orient. 3. cap. 3. Beſold. 1. Polit. 2. §. 19. Ita Majeſtatem habent Imperatores Turcici, Dn. Remig. Feſch. de Fœderib. th. 6. lit. k. L'Eſtat du Turc en Europe n. 6. Rex Perſarum, Dn Feſch concl 6. lit. l. Phil. Honor. in Theſaur. Polit. part. 1. pag. m. 292. Magnus Cham, L'Eſtat du grand Cham n. 15 & 18. Magnus Dux Moſcoviæ, L'Eſtat de Moſcovie. n 31. Philipp. Honor. theſaur. Polit. part. 1. pag. m. 280. Alii.

(k) Quò referunt Magnum Ducem Hetruriæ. Beſold. 1. Pol. 5. §. 9. Philip. Honor. d. part. 1. pag. 204. Thom. Michaël. de jurisdict concl 20. lit. a. & d. Dn. Feſch. d. diſput. concl. 7. lit. k. Menoch. conſ. 51. num 39. Mantuæ, L'Eſtat du duc de Mantoue, num. 11. Feſch. concl. 7. lit. n. Socin. jun. conſ 33. num. 9. Ferrariæ, Nolden de Nobil. concl. 17. Feſch concl. 7. m. Curti. jun. conſ. 188. num. 22. Mediolani, Feſch. d. c. lit. o. Parmæ, Feſch. d. concl. 7. lit. p. Nolden theſ. 17. Principem Tranſilvaniæ Feſch. d. c. 7. lit. q. Quibus adde Arauſionenſem.

(l) Licet enim Majeſtatis vocabulum κατ' ἐξοχὴν ſoli Monarchiæ applicetur, fortaſſis, quòd is Reipub. ſtatus in theſi naturæ magis conveniat, Bodin. 6 de Repub 4. & 2. de Rep 2. i. d. in method. hiſt. cap. 6. Lipſ 2. Pol. 2 Keckerm. curſ philoſ. diſput 36 problem. 1. Beſold 1. Polit. 9. §. 21. Caſp. Coch de Regal dign. th. 16. Cruger. diſp. Pol. 4. th. 2. Dn Cluten in parad. 18. Ant. Matthæi diſp. poſt colleg. inſtit. 1. th. 2. Reineking 1. de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. cl 1 c. 1. num. 21. & ſeqq. Æquè tamen ſtatus Polyarchicus ſuo jure illa Principis reſervata exercet, argum. c. per venerabilem. 13 Qui fil. ſint legit. Beſold 1. Pol 2. § 25. & cap. 5. § 1. P. Peck ad c. decet. 16 num. 3. de R. I. in 6. Bart. in L. hoſtes. 24. in fin. ff de Captiv. & poſtl rev. Carol. Tapia ad rubr. de Conſtit. princip. c. 1. num. 10. Pacius de Domin. mar. Hadriatic. pag. 11 & ſeqq. Petr. Gambacurta de immunit Eccl. cap. 40. num 4 Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap 7. num. 23. & ſeq. Qui ſive Ariſtocraticus, pro quo vid. Schonborn. 5. Pol 2. Ioan. Calvin. 4. Inſtit. relig.

cap. 20 ſect. 8. ſive Democraticus, vid. Schonborn 5. Pol. 3. Melch. Iun Q 9. Pol. 9. 4. Beſold. 1. Pol. 9. §. 22, ſive etiam Mixtus ſit, v. Beſold. 1. Pol. 9. §. 24. Sæpe in Hypotheſi magis ex uſu Reipub. cenſetur, Th. Smith. de Repub. Anglor. lib. 1. cap. 15. Ioh. Calvin. 4. Inſtit. cap. 20 ſect. 7. 8. 9. Ideoque ſtatus hic Polyarchicus, quem ſpecialiſſime Rempub. liberam dicimus, manum admovet reſervatis Principis, vid. ſupr. ad concl. 5. lit. d. Dn. Feſch de Fœderib. th. 8. lit. f. Magerus de Advocatia cap. 6. n. 13. d. Quod ſuo ſibi jure vendicant Veneti, Arumæus diſput. feud. 3. th. 13. Thom. Michaël. de jurisd. concl. 20 lit. b. Remig. Feſch. de Fœder. th. 8. lit. k. Petr. Gambacurta de immunit. Eccleſ. lib. 5. cap. 40. n. 4. Magerus de Advocatia cap. 6. num. 129. Dn. Pacius de jure maris Hadriatici conſ. ſingul. Helvetici Dn. Feſch. de Fœder. th. 8. lit. g. Magerus de Advocat. c. 6. num. 163. Belgæ, poſt alios Dn. Feſch. d. th. 8. lit. i. Genuenſes, Phil. Honor. Theſaur. Polit. part. 1. pag. m. 514. Feſch. d. th. 8. lit. l. Thom. Michael. concl. 20. lit. c. Hieron. Marlian. deciſ. 1. num. 25. Genevenſes, Beſold. 1. Pol. 9. §. 9. num. 7. Dn. Feſch. d. th. 8. lit. n. Lucenſes. id. Feſch. d. th. 8. lit. m. Petr. Gambacurta de immunit. Eccleſ. lib. 5. cap. 40. n. 4. Magerus de Advocatia c. 6. n. 134.

## CONCLUS. VII.

Beneficio alterius Poteſtas hæc habetur (a), vel vi demandati eminentioris muneris (b) vel per inveſtituram & Privilegium (c), ſicuti eâ gaudere videntur Status imperii (d), nec non alii (e): Sed & ab Hiſce rurſus quibusdam mediatè aliquando venit (f).

(a) Beneficio alterius jus indulgendi Privilegia competit, quibus non jure Majeſtatis venit, L. 1. ff. de Offic. ei. cui mand. jurisd. L. more. 5. ff. de jurisd. ſupr. concl. 5. 6. ſed ab eminentiore poteſtate conceſſum eſt, id quod fieri poteſt, L. reſpiciendæ 6. C. de Advocat. diverſ. judic. Beſold 1. Pol. 4. §. 5. 6. & 57. c. ſuper quibusdam. 36. §. præterea de V. S. c. quod translatione. 4. de Offic. legat. Thom. Michaël. de jurisd. concl. 24. lit. a. Enenkel. 2. de Privil. c. 1. n. 11. Et quod tum per interpoſitam perſonam agitur (uti à Principe alienum non eſt, Pruckman de Regal. c. 1. n. 11.) nihilominus à Principe dependet, L. item 6. §. ſi decuriones. ff. Quod cujusq; univerſit. Vultei. ad §. lex 4. nu. 4. Inſt. de I. N. G. & C. Donell. 1. comment. 6. in fin. Pruckman. ad d. §. ſoluta poteſtas. c. 1. n. 11. Gomez. 1 var. reſolut. 9. n. 20. verſ. ſecundo. & ita mediatè conceſſum Privilegium æquè tenet, ac ſi à Principe ipſo eſſet, L. 2. §. ſi quid ex his C. de Vet. jur. enucl. c. cum aliquib. de Reſcript. in 6. c. hi qui authoritate, de Præbend. in 6. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 105. rectéq; inde adhuc inter Regalia à Feudiſtis numeratur, Beſold. 1. Pol. 4. §. 57. n. 2. Boſsius in pract. tit. de Regal. n. 11. non æquè inter jura Majeſtatis, quæ à Principe nunquam plenè ſeparantur, Bodin. 1. de Repub. 10. Beſold. 1. Polit. 4. §. 1. in not. & §. 55. 58. Richard. Dieter. diſp. de Maieſtat. th. 157. Nimirum ſicuti inferiores à Principe, leges & conſtitutiones univerſales propriè non faciunt, ſed jus tantùm & edicta, Ioan. Faber in §. ſed & quod Principi Inſt. de I. N. G. & C. poſt Iaſ. & Bart. Weſenb. in Parat. C. de LL. n. 3. ita quoque Privilegia eorum videntur reſtricta non generalia, Matth. Steph. 2. de jurisdict. p. 1. c. 7. n. 37. identidem ut illis non ipſa Majeſtas, ſed ejus tantùm uſus & effectus propriè tribuendus eſt, Beſold. 1. Pol. 2. §. 27. & cap. 4. §. ult. in notis.

(b) Par-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0020-3

(b) Parte gubernationis conceſſa, *Beſold. 1. Polit. 4. § 56.* Sic vi demandati muneris olim DICTATOR, *L'Eſtat de L'Egliſe n. 33. Beſold 1. Pol 2 §. 30. n. 1. Thom. Michael. de jurisd concl.* 114. & ante legem Valeriam conſules, *L. 2. §. exactis ff. de O. I. Forſter hiſt. jur. civ. lib. 1. c. 16. nu 3. Beſold. 1. Pol. 2 §. 30. n. 1. Thom. Michael. concl* 113 *Peregrin Iannin. de Citat. real. lib. 1. c 1 n. 688.* abſoluta poteſtate gaudebant. Eandem poteſtatem imperatore vivo, ſed abſente, aut impedito, *de caſu vacantis imperii ſupr concl. 5 lit. e.* conſtitutiones imperii concedunt REGI ROMANORUM, *arg. L. 2 C. de Offic. ei qui vic. Aur. Bull tit 5.* R. A. *de An. 1555 §* vnd ſollen in oberzehlten. *& §.* vnd im fall da die Kayſ. May. *Caſp. Coch. de Regal. dign. th 165. Dn. Feſchius de Fœderib. concl. 5. lit. d Reineking. 1. de Regim. cl 3. c 14. n. 50.* qui aliâs ſuo nomine nullam in imperio poteſtatem habet, *Anton. Coler. de jure imperii Germ. th. 9.* Sic VICARII perpetui IMPERII (qui in Imperio Rom. Comes Palatinus Rheni & Dux Saxoniæ, *Aur. Bull. tit. 5. Arumæ. diſput. ad A B 3. theſ. 24. & ſeqq Buxtorff ad A B. concl. 54 Reineking 1. de Regim cl 4. c 4. n. 1.*) Privilegia largiuntur, *arg. tit. 5 Aur. Bull. cum L. 12. ff. de judic. Dn. Buxtorff. concl. 71. 72. 73. Hunnius de Morator. induciis. theſ 8. Garſ. Maſtrill de Magiſtrat. lib. 1 c. 6. per tot.* quia reſervata *C. Coch de Regal. theſ. 165. Buxtorff. concl 72.* & plenitudinem poteſtatis illis competere volunt *vid. Buxtorff. d. loc. concl. 74.* non æquè dicendum videtur de Majeſtate ipſa, *Beſold. 1. Pol. 2. §. 31.* At obtinet tantùm illa poteſtas, ſede vacante, ſive moriatur, ſive faſces reſignet, ſive ſolio moveatur, Imperator, *Juſtus Sinoldt de Vicar. imper. concl 7.* aut etiam Imperatore abſente, *Buxtorff. diſſert. ad A B. concl. 54. Sinold. de Vicar. Imperii concl. 9. Dn. Feſch. de Fœderib. concl. 5 lit. f* Ita & cum REGUM PRIMOGENITI (*de qua primogenitura videndi Schonb. 2.* Pol. 10 *Beſold* 1. Pol 6. § 18. *Arnold. Engelbrecht. volum. Baſil. 4. Buxtorff. concl. 85. & ſeqq. Reineking 1. de Regim. cl. 4. c. 17. ubi ſe ad alios remittunt*) qui in Galliâ Delphinus, *Dieter. de Majeſt. th. 193. L'Eſtat de France.* Hiſpania, Infans, *Garſ. Maſtrill. 1. de Magiſtrat. 5.* Anglia, κατ' ἐξοχὴν, Prince aut Princeps VValliæ, *Th. Smith de Rep. Anglor. l. 1. c. 18.* qui olim Normanniæ Dux, *Dieter. d. diſp. th. 193.* Scotia, Dux Rothſayæ & Seneſchallus Scotiæ, *Diſcours de l' Eſcoſſe num. 12.* appellatur) Regis in regno vicarii *arg. L. in ſuis. 11. ff. de Lib. & poſthum. & gl. in c. cœpit fin. 24. q. 1 Garſ Maſtrill 1 de Magiſtrat. c. 5. n. 2.* dicantur, illis Privilegiorum conceſſionem tribuũt Dd. Saltem in ſuo, *Guido Papæ deciſ. Gratianop. 354. n. 1. Garſ. Maſtrill. 1. de Magiſtrat. c 5. n 26.* Sic PROREGES, proprincipes, Regentesq; imperii, vice-dux, vicecomes, legatus à latere & s, quibus quidem majeſtas ipſa non competit, *Beſold. 1. Pol. 2. §. 31. Dieter de Majeſt. th. 20. Garſ. Maſtrill. lib. 5. de Magiſtrat. c. 6. multis,* jus hoc meritò ſuo exercere videntur, quoniam omnia poſſunt, quæ is, cujus vices ſuſtinent, *arg. L. 1. C. de Offic. vicar. L. 1. C. de Offic. ei qui vic. al judic. c. ſi epiſcopus. 2. q. 6. cap. 1. & ult. de Offic. legat.* & ordinariam habent jurisdictionem, *Peregrin. Iannin. de Citat. real. lib. 1. c. 1. n. 361. & ſeqq.* ubi tamen ſemper obſervantia reſpicienda. Sic Pontificis Pœnitentiarius homicidas in foro conſcientiæ abſolvit, à legibus cunctis eximit, cõmiſſa in eas remittit, inhabiles ad cathedrã legitimat, ſimoniam & perjurium tollit, idque omne vi generalis commiſſionis, quaſi ab ipſo Papa factum eſſet, *L'Eſtat de l' Egliſe. num 35.*

(c) *Beſold. 1 Polit. 4. §. 57.* partim ex contractu & inveſtitura feudali, partim Privilegio expreſſo vel tacito, *Schonb. 5. Polit. 22. Reineking. 1. de Regim. cl. 5. cap. 2. n. 6. Sanchez. 2 de Matrimon. lib. 8 diſp. 4. n. 17.*

(d) Per Privilegium & inveſtituram ſummæ poteſtatis exercitio, ſalvâ Imp. Majeſtate, gaudent STATUS IMPERII *Beſold. 1. Pol. 4 §. ult. in not. Vietor. de Exempt. concl. 4. in not. Weſenb. in Par. C. de LL. n 3.* qui non modò vaſalli, ſed & ſubditi imperii ſunt, *Beſold. 1.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0021-9

*Pol.2.§.ult.* quos tamen tantum poſſe inter ſuos, quantum Imp in imperio tra-
latitiũ eſt, *Enenkel.1. de Privil.4.n.10. Nolden.de Nobil.th.8.P.Fritze de Nobi-
lib.th.7. Dn. Roſenthal.de Feud.c.5.cõcl 13.n.3.& ſeqq.Vietor de Exempt.concl.
4. C. Klock de contribut. th. 8. lit. a. Reineking. 1. de Regim. cl. 5. c. 6 per tot.
Scheplitz Prompt.jur tit.32 §.10. n.4. Petr. Heig. Qq. jur. part.1.q.2.n.8. Go-
thofr. Anton.diſp. feud 2.th.4. lit.e. Schonb.5. Polit.23. Matth. Steph.2. de ju-
riſd. p.1.c. 5.n. 8 Magerus de Advocatia cap. 6. n. 195. ubi ferè omnes hoc ex-
plicant.* Quorum poteſtas, die Landsfürſtliche hohe Obrigkeit / reſpectu Prin-
cipum, aliâs die Laudes / oder hohe Landes Obrigkeit appellatur, *Reineking. 1. de
Regim. cl.5.c.1.n.1. & c.3.per tot. Matth. Steph. 2. de juriſd. p.1.c.7. per tot.
Schonb.5. Pol.22.* Olim perſonæ adhærebat, *Gothofr. Anton.diſp. feud.2.th.4.
Schonb.d.loc. Reineking.d.c.1.n.1. Matth Steph.1. de juriſd.1.n.4. & lib.2.part.
1 c.4.n.7. Petr.Heig.p.1.q 2.n.5.* & cum illa extinguebatur, *c.un. in pr. de Feud.
March.c.1.§.1 de His qui feud.dar.poſſ.* Hodie, idque à tempore Caroli M. *Petr.
Heig.part 1.q.23.n.30.* ex quo ſtatus territoria ſua, domini & proprio jure te-
nent, *Caſp.Coch.de Regal.dign.th.243. Matth.Steph.2.de juriſd.p.1.c.7. n 49.
Meichsner.Vol.2.lib.1.decis.6.n.87.* ab Eccleſiaſticis, capitulo, *c. cum olim. 14.
de Major.& obed. Schonb.5. Pol.22. Reineking.1. de Regim. cl.5.c.2.n.8. Gail.1.
obs.30.n.10. Sixtin.1.de Regal.4. n.125.* à ſecularibus, hæredibus transmittitur,
*c.1.§ & quia vidimus 1. de His qui feud.dar.poſſ. Schonb.d.c.22. Matth. Steph.
d.c.1 n.4 lib.1.* Inter Status verò numeratur, qui in Matricula ſeu albo imperii
receptus *Vietor.de Exempt.concl 5. Nolden. de Nobilit.th.117. Matth.Steph.2.
de juriſd.p.1.c 4 n.37. Reineking,1.de Regim. cl.4.c.1.n.4. Gail.1.obſ. 21.n.2.
Dn.Cluten.in Sylloge th.27.c.* qui ſeſſionem & votum in Comitiis habet, *Matth.
Steph.d.c.4.n.46. Vietor.d.concl.5. Reineking. d.cl 4.c.1.n.14.* qui imperio im-
mediatè contribuit, *Reineking.d.c.1.n.23. Matth.Steph.d.c.4.n.40.* qui in prima
inſtantia coram Camera aut Auſtregis comparet, *Matth.Steph.d.c 4.n.46 Gail.
1.obſ 1.n 17.* & tandem qui peculiare habet territorium. *Beſold.1. Pol.9.§.9.n.4.
remiſſivè. Reineking. 1. de Regim. cl. 4. c.1. n.25.* ſed duo ultima requiſita non
ſunt perpetua. Quos Inter poſt Imperatorem, *de quo ſupr.concl.5.d.e.* & Regem
Romanorum, *de quo hac concl. lit. b.* primum locum ſibi vendicant (*quia colu-
mnæ imperii dn. Cluten. in ſylloge th.24. a. Beſold. 1. Pol.9. §.8. Dn. Buxtorff
diſſert. ad AB. concl.3 c. Matth. Steph.2 de juriſd.p 1.c.5.n.1. De quorum pote-
ſtate & jurib. vide plurib. Schonb. 5. Pol 33. 34. Buxtorff concl. 13. & ſeqq.
Matth.Steph.2 de juriſd.p.1.c.5 per tot. Dn. Cluten in Sylloge th.24. Reineking.
1. de Regim. cl. 4. c.3.4.5.6.7. Mager. de Advocat. c. 6. n.76.*) Septemviri,
*De quorum origine verè non conſtat vid. Schonb.5. Polit.32 Beſold.1.Pol.5.§ 40.
Petr.Heig. Qq.jur.part.1.q.3.Cruger.diſp.Pol 4 th.126. Buxtorff ad AB. concl.
14. Zolner de Elect.reg.Rom th.10. volum. Baſil.4. Dn. Cluten. in ſylloge th.24.
Mich.Schiferer diſp.Singul.de Orig.& poteſtate Elector.volum.Baſil.5.C.Coch.
de Regal. dign.th.184. & ſeqq. Ant. Coler.th 45.de jur. imperii. Sinold.de Vi-
cariis imperii th.19. b. volum. Baſil.5. Io. Gulart.hiſtor. Rhetiæ lib.8 fol.m.110.*
qui à poteſtate eligendi Cæſarem (quæ illis ſolis competit, *Zolner.de Elect. Re-
gis Rom th.10.& ſeqq.volum. Baſil.4.*) Electores dicti ſunt; Quos hîc non conſi-
dero, ut vicarios imperii, ſed ut ſtatus. *Vid ſupr.ad lit.b.* Hos excipiunt Prin-
cipes Imperii: Quod Principis vocabulum licet abſolutè Monarcham,
*Spiegel.in not.ad lib.5. Gunther. Ligurin. Matth.Steph.2. de juriſd.p.1 c 1.n.8.
37. Heig. Qq.jur.p.1.q.2.n.6. Reineking.1. de Regim.cl 4.c.8.n,1.* aliâs quoq; ex-
cellentiorem deſignet, ut Princeps Apoſtolorum, Senatus, juventutis, *apud Ta-
cit. 1.*

*cit. 1. annal. Spiegel. ad Gunther. Ligurin.* Tempore fere Caroli M. in Regalem dignitatem habentes communi voce translatum eſt, *Dn. Buxtorff ad AB. concl. 5. a. Matth. Steph. 1. de juriſd. 1. n. 1. & c. 6. n. 20. 47. & ſeqq. Dn. Cluten in Sylloge th. 26. c.* Inter hos primo loco, (*quia ſacerdotium dignius ordine ſeculari. c. deniq; 6. Diſt. 4.*) ſunt ECCLESIASTICI, qui quatenus ſunt Principes ſeculares & ſtatus imperii feuda regalia habent, *Dn. Feſch. de Fœder. th. 7. e. Dn Vultej. 1. de Feud. c. 5. n. 7. §. ad exemplum. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 119. & ſeqq. Gail. 1. obſ. 3. n. 1. & 1. de PP. c. 8. n. 8.* quos hunc honoris titulum tempore Ludovici Pii, *Reinck. 1. de Regim. cl. 4. c. 9. n. 3. C. Coch th. 105. Sixtin. d. loc. n. 125.* rem ipſam ſeu juriſdictionem ſecularem ab Ottone Magno, accepiſſe (qui fratrem ſuum Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem eâ honorarit,) traditum eſt, *poſt Chron. manuſcriptum Enfordienſe & Reineccium Dn. Henric. Bruning. in diſp. ad Statut. 1 th 9. lit. b. pag. 25.* Et ſunt, ARCHIEPISCOPI, *de quib. vid. Schonb. 5. Pol. 35. Gothof. Anton. diſp. feud. 2. th 3. lit. c. Matth. Steph 3. de juriſd. part. 1, Reinecking. 1. de Regim. ſecul. & Eccleſ. cl 4. c. 21 & ſeq.* EPISCOPI. *de his Schonb. 5. Pol. c. 36. Matth. Steph. 3 de juriſd. part. 1. cap. 14. Gothofr. Anton. diſp. feud. 2. th 3. d. Reindking. 1. de Regim. cl. 4. c. 21.* MAGISTRI ORDINIS Teutonici & D. Iohannis, *Dn. Feſch de Fœderib. concl 7. lit. f. & g. & apparet ex Matricula Reineking. 1. cl. 4. cap. 21. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 130.* ABBATES. *Schonb 5. Pol 37. Feſch concl. 7. h. Gothofr. Anton. diſp. feud. 2. th 3. e. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 134. 142.* ET PRÆPOSITI AC PRÆLATI, *Schonb. 5. Pol 37. Feſch. concl. 7. lit. 1. Reineking. d. cap. 21. pag. m. 149.* Qui omnes inter ſuos, leges *c. cum dilectus. 8. §. diebus verò procurator de Conſuet. c. veſtra. 2. de Locat. & cond. c. ſi quis 2. de Majorit. & obed. Bocer. 1. de Regal. c. 2. n. 26.* & rurſus Privilegia dant, *c. cum venerabilis. 21. de Cenſib. c. cum olim. 14. de Privil. c. conſtitutus. 6. de Relig. domib. Enenkel. 1. c. 4. n. 22. Guido Papæ decis. 354.* accedente tamen ut plurimùm capituli voluntate *c. fin. de His, quæ fiunt a maj. part. capit. c. ſicut unire. 8. de Exceſſ. prælator.* SECULARES majorem dignitatem Regalem habentes generaliter uſu comprobante Principes vocantur, *Beſold. 1. Pol. 9 §. 9. Reinek. l. 1. cl. 4. c. 8. n. 2 & 9. c. 1. in pr. in verb. Princip. Ital. de Prohib. feud. alien. per Frid. Carol. 4. in Aur. Bull. paſſim,* Sunt autem ARCHIDUCES, *de quorum præeminentia V. Dn. Cluton in Sylloge th. 25 a. Reinck. 1. de Regim. cl. 4. c. 10. C. Coch de regal. dign. th. 206. 251. Zinzerling. de Appellat. th. 69. Gars. Maſtrill. 4. de Magiſtrat. 4. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 6. n. 74. Sixtin 1. de Regal. 4. n. 30. & ſeqq.* DUCES, *de quib. Schonb. 5. Pol. 38 Beſold. 1. Polit 9. n. 1. Caſp. Coch. th. 211. 212. Reinek. l. 1. cl. 4. c. 12. Gars. Maſtrill. 4. de Magiſtrat. c. 5. Dn. Cluten in Sylloge, th. 26. lit b. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 6. n. 54.* MARCHIONES ſive Duces limitanei, *Schonb. 5. Pol 39. Reinek. l. 1. cl. 4 c. 13. n. 1. & ſeqq. C. Coch. th 213. Gars. Maſtril. 4. de Magiſtrat. c. 6. Dn. Cluten th. 26 f. Matth. Steph. 2. p. 1. c. 6. n. 85.* Comites Palatini, *vid. Beſold. de Comitib. theſ 8. Dn. Cluten. in ſylloge th. 26. d. C. Coch. 215. Reinek. 1. cl. 4. c. 13. n. 16. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 6. n. 100.* LANDGRAVII ſive Comites Provinciales, *C. Coch. de Regal. dignit. th. 217. Dn. Cluten in ſylloge th. 26. c. Beſold. diſp. de Comitib. th. 9.* BURGGRAVII ſive Comites Caſtrenſes, *C. Coch. th. 218. Cluten th. 26 g. Beſold. de Comitb. th. 10.* PRINCIPES abſolutè ſic dicti, qualis in imperio Anhaldinus, & nuper Schaumburgicus. Rugiæ, Vandalorum, in Pedemontio Sabaudus *C. Coch. th. 209. Dn. Cluten. th. 26. c. Reineking. 1. de Regim. cl 4. c. 8. n. 6.* Inter Principes autem, ut ſtatus imperii, COMITES quoque *de quib. vide Caſp. Coch. th. 219. & ſeqq. ad 225. incluſivè, Reineking. 1. de Regim. cl. 4. c. 14. Beſold. diſp. ſingular.*

*volum.*

Volum. Baſil. 5. Dn. Cluten in Sylloge th. 26. h. Dn. Remig. Feſch. de Fœderib. th. 8. a. Gars. Maſtrill. 4. de Magiſtrat. c. 6. Beſold. 1. Polit. 9. § 9. n. 2. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 6. n. 112. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 36. & ſeqq. & Barones immediati de quib. C. Coch. th. 226, 227, 228, 229. Beſold. diſp. de Comitib. th. 15. & ſeqq. 1. Pol. 9. § 9. n. 3. Feſch. th. 8. lit. b. Gar. Maſtrill. 4. de Magiſt. c. 1. n. 15, 16, 17, 18. Clock de contrib. th. 8. b. Dn. Cluten in Sylloge th. 26. 1. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 6. n. 118. Reineking. 1. cl. 4. c. 21. referuntur, C. Coch de Reg. dignit. th. 228. poſt alios ab ipſo allegatos. Qui omnes leges dant & Privilegia, Enenkel 1. de Privil. 4. n. 11. & 22. arg. c. fin. de Offic. legat. C. Coch. th. 228. Magerus de Advocat. cap. 6. n. 78. Guido Papæ decis. Gratianopol. 354. Obiter hîc notandum, titulum Comitis aut Baronis, ex Landſaſſio non facere Statum imperii, R. A. de Anno 1548. § Wiewol auch in der Ringerungs handlung. Beſold. 1. Pol. 9. n. 4. Reineking. 1. de Regim. cl. 4. c. 14. n. 30. Matth. Steph. d. c. 6. n. 116. Agmen inter ſtatus imperii, Matth. Steph. 2. d. juriſd. p. 1. c. 4. n. 35. Cluten in ſylloge th. 27. c. Reineking 1. de Regim. cl. 4. c. 20. per tot. cumprimis num. 9. & 15. claudunt, ſeſſionemq; ac votum in Comitiis habent, Beſold. 1. Pol. 9. § 10. n. 2. Syring. de Pac. relig. th. 39. lit. b. D. Feſch de Fœderib. th. 8. lit. e. Buxtorff ad AB. concl. 5. lit. d. Dn. Cluten in ſylloge th. 27. lit. c. Schonborn 5. Polit. 41. Reineking. d. c. 20. n. 8. & 21. Magerus de Advocatia c. 6. nu. 140, 146, 149. Liberæ imperii Civitates quas recenſet Schonb. 5. Pol. 6. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 2. c. 1. n. 85. Reinek. d. cl. 4. c. 21. ad calcem. de differentia, quæ olim inter haſce, V. Dd. jam citatos & Mager. d. c. 6. n. 151. & ſeqq. ubi n. 157. rectè dicit, eas modò pari jure cenſeri, accedit Beſold. 1. Pol. 9. § 11. & ſeqq. Reinek. d. c. 20. n. 28. & 36. Quibus juris territorialis axioma non minus ac reliquis, Dn. Cluten. in ſylloge th. 27. lit. c. Beſold. 1. Pol. 9. § 10. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 4. n. 36. & p. 2. c. 1. n. 55. Dn. Vultej. 1. de Feud. 5. n. 7. Reineking. d. c. 20. n. 8. Feſch de Fœder. concl. 8. lit. e. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 82. Gail. 2. obſ. 57. n. 7. & 2. de PP. c. 6. n. 11. & ſic legum ac Privilegiorum inter ſuos authoritas, competit, Petr. Heig. Qq. jur. part. 1. q. 23. n. 31. 32. Gail. 2. de PP. c. 6. n. 11. Idem Statuendum de Civitatib. mixtis, arg. R. A. de Anno 1548. § Solchem zubegegnen. Beſold. 1. Polit. 12. § 70. n. 2. & 3. Magerus do Advocatia c. 6. n. 168. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 2. c. 1. n. 20. & 46. quæ à potiori haud malè etiam Imperiales appellari poſſent. Reineking. d. c. 20. n. 6. & 7. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 2. c. 1. n. 18. quòd Regalia & immunitates ab imperio habeant, de cætero certis pactis, nec ultra, inferioribus Principib. obſtringantur. Sixtin. 1. de Regal. c. 4. n. 86. Thom. Michael. de juriſd. concl. 139. Caſp. Klock de Contribut. concl. 11. Beſold. 1. Pol. 12. § 70. n. 2. Magerus de Advocatia c. 6. n. 168. & 180. Reineking 1. de Regim. ſecul. & Eccleſ. cl. 4. c. 20. n. 4. Gail. 2. obſ. 54. n. 10. quæ uti pro privatis non judicandæ, Beſold. d. loc. Magerus d. c. 6. n. 182. Sixtin. 1. de Regal. 5. n. 91. ita leges & conſuetudines faciunt, Mager. d. c. 6. n. 185. Mynſing. reſponſ. 13. n. 10. dummodo ſuperioris leges non infringunt, per ea quæ Ioh. Faber ad § ſed quod Principi. Inſt. de I N G & C. Magerus d. n. 185. Quin & Nobiles (De quib. in genere Tiraquell. tr. ſing. Beſold. 1. Pol. 11. § 38. & diſp. ſingul. Volum. Baſ. 5. Petr. Fritze diſp. ſingul. Volum. Baſil. 4. Sinibaldus Vbaldus, ibid. Ioſias Nolden ibid. Guazzus de civil. converſat. lib. 2. pag. m. 261. Petr. Martyr. Loc. cõm. Theol. cl. 4. c. 19. § 1. Schonb. 3. Polit. 39. Matth. Steph. 2. de juriſd. p. 1. n. 2. c. 7. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 92. & ſeq. Cruger. diſp. Polit. 5. th. 42. & ſeqq. Reineking. de Regim. l. 1. cl. 5. c. 11. n. 7. & ſeqq. ad 38.) immediati, quãvis imperii ſtatus non ſint, Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 93. Cluten. d. th. 26. lit. R. Syring de Pac. relig. th. 39. c. Reineking. d. cl. c. 4. c. 10. n. 4. Magerus de Advocatia c. 6. n. 99. & n. 205. Regalia tamen eis deneganda non ſunt, Dn. Cluten in ſylloge th. 26. lit.

R. Be-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0024-5

R. Beſold. 1. Polit. 9. §. 15. Reineking. 1. de Regim. cl. 5. c. 10. num. 12. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 92. Dn. Vultej. 1. de Feud. 5. num. 7. §. ad exemplum. ſed in alieno quoq; territorio degentes Imperatorem aut Cameram tantùm recognoſcunt Mager. de Advocat. c. 6. n. 105. 682. 685. merumq; ac mixtum imperium habentes, leges inter ſuos queunt condere, Boßius de Regal n. 17. Dn. Roſenthal de Feud concl. 4. n. 8. & in ſpecie Magerus de Adv. c. 6. n. 108. & 109. de quo infr. concl. hac lit. f.

(e) Sic qui hodie impropriè & abuſivè Comites Palatini appellantur, Dn. Reineking. 1. de Regim. cl. 4. c. 13. n. 20. Caſp. Coch de Regal. dignit. th. 216. Sixtin. 1. de Regal. 4. n. 103 & 108. officium ſumma cum dignitate conjunctum habent, Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 1. c. 6. m. 1. n. 8. 11. & 12. adeoq; Regalia etiam majora exercent; ubi tamen Privilegii tenor inſpiciendus eſt, nec extenſio admittenda Matth. Steph. d. loc. n. 47. (f) Privilegia mediatè rurſus irrogare queunt, qui & leges aut ſtatuta condere, quam regulam univerſalem faciunt Ludov. Carbo de Legib. lib. 9. diſp. 7. n. 6. & Enenkel 1. de Privil. in genere cap. 4. n. 5. Rectè igitur illi, quibus imperium merum ac mixtum competit, L. Lucius 21. §. ult. ff. Ad Municip. L. Antiochienſium 37. ubi Bart. ff. de Reb. author. jud. poßid. L. 9 C. de Decurion. Chriſtoph. Cuppenerus. ad Auth. habita. C. Ne fil. pro patr. pag. m. 124. Petr Heig. Qq. jur. p. 1. q. 23. n. 31. recte judex quicunque & præfectus ordinarius, arg. L. 1. ff. Quod. quisq. jur. in alt. ſtatuer. L. Divus 6. §. ſed & caput. 1. ff. de Cuſtod. & exhibit. reor. Enenkel 1. de Privil. 4. n. 22. Guido Papæ decis. Gratianop. 354. n. 1. lege ſolvunt, uti ſalvum conductum accuſatis concedunt & aliud extra ordinem indulgent, Arumæus diſp. ad AB. 1. th. 18. Nec omnino malè (quamvis Regalib. juriſdictionalibusq; deſtituantur & privatorum loco ſint, L. 1. §. ſi inter 9. ff. de Magiſt. conven. L. bona civitatis 15 ff. de VS. regulariter, Beſold. 1. Pol. 12. §. 69. 70. arg. L. 25. ff. Ad Municipal. ubi Gothofr.) Civitates Municipales, L. item eorum 6. in pr. ff. Quod cujusq; univerſit. nom. L. 3. & ult. ff. de Decret. ab ord. fac. d. L. 25. ff. Ad municipal. L. 1. C. de Emancip. liberor. Beſold. 1. Pol. 12. § 71. Reineking. 2. de Regim. cl. 2. c. 10. n. 3. Vide autem in genere de hiſce civitatib. D. Vultej. 1. IP. 13. n. 152. Ziegler. in comment. concluſ. ad. aur. prax. Calvol. §. civitas per tot. Ioan. Roſin. in Antiquit. Rom. lib. 10. c. 22. Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 2. c. 2. per tot. Imò & pars civitatis, pro expediẽdis negotiis ei parti incumbẽtibus, arg. eor. quæ Bart. & Dd. in L. omnes populi. 9. ff. de j. & j. Enenkel. 1. de Privil. 4. n. 11. nec non corpora ſive collegia licita, L. ſodales. 4. ubi Bart. ff. de Colleg. & corpor. Weſ. in Parat. ff. Quod cujusq; univerſ. nom. Beſol. 1. Pol. 12. §. 26. n. 2. Althus. Polit. c. 4. n. 16. Sichard. ad rubr. C. de Monopol. n. 8. Enenkel. 1. c. 4. n. 22. in fin. Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 2. c. 8, n. 21. 22. Meichſner. deciſ. Cameral. 14. n. 89 tom. 3. & Familiæ (pro deciſionibus cauſarum tamen jurisdictio aliqua à Dd. communiter exigitur, arg. L. jus publicum. 38. ff. de Pact. L. ſi quod 5. C. de Legation. Beſold. 1. Polit. 12. § 22. n. 2. Reineking. 2. de Regim. 2. de Regim. cl. 2. c. 10. n. 6. Dn. Roſenthal. de Feud. c. 7. concl. 25. lit. f. in not.) pro oneribus, vide Meichſner. deciſ. Cameral. 14. n. 84. & ſeqq. tom. 3. legibus ſtringere & relevare valẽt, ita tamen ne juri communi & publico quippiam detrahatur, L. 3. §. divus. 5. ff. de Sepulch. viol. Reineking. d. c. 10. n. 4. Meichſner. d. deciſ. n. 89. Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 2. c. 8. n. 29. & ſic valent potius in vim pacti conventi, Petr. Heig. p. 1. q. 23. n. 27. & faciunt, quæ in ſimilib. de collectis tradit Caſp. Klock de contrib. th. 12. Petr. Heig. p. 1. q. 17. n. fin. Aliâ ſuperioris conſenſus accedat neceſſum eſt. Beſold. 1. Polit. 12. §. 71. n. 1. Petr. Heig. d. q. 23. n. 28. & 33. Matth. Steph. 1. de jurisd. c. 38. n. 30.

## CONCLUS. VIII.

Tacitè Privilegium conceſſum intelligitur (a), Præſcriptione (b), Conſuetudine (c), Sententia (d).

(*a*) Quum de expreſſa voluntate non apparet, tantum valet tacita, quan-
tum expreſſa, *L. de quibus 31. §. 1. ff. de LL. L. qui ad certum 14 ff. Locat.*
(*b*) Præſcriptio conceſſionis vice eſt, L. *eum qui 58. C. de Decurion. L. u-
ſum aquæ. 4. C. de Aquæduct. lib.* 11. L. *Vnic. C. de Profeſſor. qui in Vrb. Conſtant. c.
ſuper quibuſdam. 26. §. præterea. de: VS. Enenkel. 1. de Privil. c. 4. n. 24.* præſer-
tim ea, cujus initii memoria non extat, *d. c. ſuper. 26. §. præterea. de VS.* id eſt,
tẽporis immemorialis, *L. 3 §. ductus aquæ ff. de Aq. quotid. & æſtiv. c. 1. de Præſc.
in. 6.* R. A. *de Anno* 1548. *§.* Wann auch. *§.* hatte aber. *& §.* wo aber innerhalb.
*Ant. Coler. de jur. imperii Germ. th. 43. Enenkel 1. c. 4. n. 24. Niel. diſp. feud.* 11.
*th. 1. d. Maul de Homag. tit. 10. n. 15. Garſ. Maſtril. 1. de Magiſtrat. 16. n. 26. & c. 19.
n. 17. 18. Magerus de Advocat. c. 6 n. 466. Matth. Steph. 2. p. 1. c. 7. n. 143. Dn. Vul-
tej. 1. de Feud. 9. n. 21. Sixtin. 1. de Regal. 5. n. 137. & n. 144. ubi communem dicit.
Mynſing. 5. obſ. 29. n. 13. Gail. 2 obſ. 31. n. 4.* quodnam verò dicatur tempus imme-
moriale *vide Vietor. de Exempt. concl. 17. circa fin. Reineking. l. 1. cl 5. c. 2. n. 27.
& ſeqq.* Nec in eo requiritur ut de ſcientia & patientia adverſarii conſtet, *Enen-
kel 1. de Privil. c. 4. n. 25. L. hoc jure 3. §. ductus aquæ. ff. de Aqu. quotid. & æſtiv.
c. 1. de Præſcript. in 6. Sixtin 1. de Regal. c. 5. n. 149. Dn. Roſenth. c. 5. concl. 16. n. 6.
Mynſ. 1. obſ. 30.* incipit tamen in negativis à tempore prohibitionis, in favorem
prohibentis, *gl. & Dd. in* L. *qui luminib.* 11. *ff. de Servit. Vrban. prædior. Camil.
Borrell. de Magiſtrat. edict. lib. 4. c. 7. n. 39.* Vt nec allegandus titulus, *arg.* L. 3.
*7. 8. §. 1. C. de Præſcript. 30. annor. Mynſ. 1. obſ. 30. Enenkel. 1. de Privil 4. n. 27. c. 1.
de Præſcript. in 6. Vietor. de Exempt. concl. 17. Teſſaur. deciſ. 16. n. 4.* Sed contra
alium, quàm Principem præſcriptionem longiſſimi temporis ſine titulo, longi
cum titulo ſufficere, at ſcientiam & patientiam docendam eſſe; *plurib. allegatis
oſtendit Sixtinus d. c. 5. n. 157. & ſeqq.* Et in univerſum Præſcriptio non modò
Perſonale Privilegium reddit Reale, *poſt Felin. in c. ult. in fin. de Offic. & poteſt.
jud. deleg. Enenkel lib. 2. c. 4. n. 62.* Sed quamvis immunitatem & Privilegium, *c.
ſuper quibuſdam 26. §. præterea de VS. Schneid. de Succeſſ. fiſc. n. 8. Inſt. de Hæred.
quæ ab inteſt. Caſp. Klock de contrib. th. 44. Caſp. Coch de Regal. dign. th 57. Be-
ſold 1. Pol 4. §. 57 & Dd. Sixtin. & alii uti ſupr. Thom. Michael de juriſd. concl.
24. lit. b.* imò ipſam ſuperioritatem largitur, *quod quidem Dd. communiter ne-
gare videntur, vid. Beſold 1. Pol. 4 §. 55. n. 1. Reineking. 1. de Regim. cl. 5. c. 2. n. 9.
Garſ. Maſtrill 1. de Magiſtrat. 19. n. 39. & lib 3. c. 2. n. 26. frequentius tamen ob-
tinere videmus, Sixtin. 1. de Regal. 5. n. 145. ubi pro hac opinione uti magis com-
muni multos citat.* (*c*) Quæ tantundem momenti ſibi in Exemptione
à legibus ſumit, *pr. Inſtit. de Offic. judic.* L. *obſervare. 4. §. ingreſſum 5. ff. de Offic.
proconſ.* L. *ſi in alium 7. in pr. eod.* L. *omnia privilegia. 35. in pr. C. de Epiſc. c. quia
per ambitiones. diſt. 64. c. conqueſtus 9. q. 3. c. duo ſimul. 9. de Offic. jud. ordinar. c.
ſuper quibuſdam 26. §. præterea. de VS. Caſp. Coch th. 57. Iacob. Benius de Privil.
ICtor. in pr. part. 1. n. 10. ubi hoc ex Bald. conſ. 77. lib. 5. in univerſitatis conceſſione
exemplificat. Matth. Steph. 2. p 1. c. 1. m. 2. n. 66. Garſ. Maſtrill. l 1. c. 4 n. 28. Sixtin.
d. c. 5. n. 131. & ſeqq.* & ſufficit decennalis *arg. rubr.* L. 32. *& ſeqq. ff.* de LL. SC. *&
longa conſuet. & rubr. C. Quæ ſit long. conſuet. junct. princ. Inſtit. de Vſucap.* L.
*diuturna. ff.* de LL. *t. t. C. de Præſcri. long. temp. & Dd. ceter. Sixtin d. c. n. 134 ubi
limitat.* niſi de reſervato Principis agatur, tum enim immemorialis deſideratur
*per ea quæ ſupr. lit. b. arg. d. c. 26. §. præterea. de VS. & Dd. communiter in c. fin.
de Conſuetud. Dn. Roſenth. c. 5. concl 58. n. 22. Gail. 2. obſ. 31. n. 4.* (*d*) Nam ju-
dex Major, penes quem legis interpretatio eſt, *per ea, quæ concl. 4. e ſupr.* pro Pri-
vilegio judicãdo illud tacitè conſtituiſſe videtur, *arg.* L. *unic. §. 1. ff. de Offic. præf.
prætor.*

prætor. facit huc Dn. Roſenth. c. 6. concl 72. quod tamen ut jus novum ad ſimilia non eſt trahendum. per ea, quæ gl. in §. ſed & quod Princip. 6. Inſt de j N G & C. ubi Ioh. Faber in Verb. quodcunq; ergo imperator. Novell. Leon. 92. in pr.

### CONCLVS. IX.

## Accipit Privilegium, qui aut legibus paret neceſſariò (a) aut ſaltem comiter eas obſervat (b). Et tum obtinet in meris gratiis etiam extra territorium datum (c), Secus in aliis, quàm gratiis (d).

(a) Leges propriè dantur ſubditis L. 1. C. de SS. Trinit. Camill. Borrell. 2. de Magiſtrat. edict. 9. n. 8. ubi multis Gail. 2. obſ. 124. n. 9. per tot. Vt nec collectæ pro refectione pontiũ ac viarũ Forenſibus imponi queant, Gail. 2. obſ. 52. n. 15 nec opus hîc aliquo privilegio: quod Privilegii datio arguit ſubjectionẽ, Buxtorff ad AB concl. 88. c. Tapia ad rubr. de conſtit. princ. c. 4. n 30. & ſeq. Reinek. 1. de Regim. cl. 4. c 3 n 32. Matth. Steph 2. de juriſd. p. 1. c 7. n. 321. Marta de juriſd. p. 1. caſ. 33. n. 8. Weſenb. conſ. 20. n 20. Cothman. reſponſ acad. 47. n. 45. Vt g. leges noſtras agnoſcat Privilegiarius & jurisdictioni ſubſit, requiritur, Enenkel. lib. 1. c. 4 n 30. Subjicitur a. aliquis quatuor potiſſimum de cauſis, c. fin. de For. compet. Weſenb. in parat. ff. de judic. n. 16. Gail. de Pignorat. obſ. 15. n. 2. I. Domicilio, Treutl. 1. diſp. 3. th. 8. d. Weſenb. d. loc. per L 19. ff de jud quod aliud originis, Matth. Steph. 1. de juriſd. 28. n. 5. & propriè ſubditum non facit, Paurmeiſter 2. de juriſd 9. n. 30. ut nec ibi repertus inde aliquis conveniri queat, Vmmius in diſp. ad proceſſ. 4. th. 1. n. 6. Matth Steph. 1. de juriſd. 28. n. 63. ubi hoc ſtatutis locorum tantùm tribuit & ſic particulare putat. Aliud habitionis, quod ſubditum facit, Matth Steph. 1. de juriſd 28. n. 40. & ſeqq & 2. de juriſd. p. 1. c 7. n 209 & ſeqq. Vmmius diſp. ad proceſſ 4 th. 1. n. 6. Gail. de Pignorat obſ. 15. n. 7. adeoque privilegiorum & immunitatum participem reddit L. 2. C. de juriſd. L adſumptio §. domicilium ff ad Municip. Matth. Steph 2. de juriſd p. 1. c. 7. n. 221. Paurmeiſter. 2. de juriſd 9. n. 31. Status tamen imperii, reſpectu bonorum alio ſub Principi ſitorum, ſubditus ejus non eſt, licet forum ibi ſortiatur, Vide acta in famoſa cauſa Ortenburg contra Bayren & Reineking. 1. de Regim cl. 4. c. 1. n. 31. etiamſi ad tempus ibi domiciliũ habeat. Reineking. d c. 1. n. 43 nam ſubditum facit domicilium conſtitutum & animus, gl. in clem. 1. in Verb. ſubditos in fin de For. compet. non ſola domus poſſeſſio in aliena civitate, L. libertas. 17. §. Sola domus 13 ff Ad municip. Ioh Chriſtoph Herpfer in præcept. Polit. tit. de Subdit. th. 1. Volum. Baſil. 2. II. Contractu L. 2 § legatis 3. & L. hæres. 19. §. 1. & 2 ff. de judic. Treut. 1. diſp. 3. th. 8. e. Illic o Vmmius diſp. ad proceſſ. 4 th 1. n. 5 Matth. Steph. 1. de juriſd 29. per tot. III. Delicto, L. ſi cui. 7. §. pen. L. Vult ff. de Accuſator. Treutl. 1. diſp 3. th. 8. f. Vmmius diſp. 4. th. 2. n. 9. 10. Matth. Steph. 1. de juriſd. 30. per tot. IV. Re, ubi ſc. illa ſita eſt, L. quod legatur 38. ff. de judic. L. 1. & ult. C. ubi in rem act. Treut. 1. diſp. 3. th 8. g. Vmmius d. diſp. 4. th. 3. n. 13 14. 15 16. Matth. Steph. 1. de juriſd. 31 per tot. Et quin Edictum in rem conceptum Exteros liget dubium non eſt, Anton. Faber in Cod. lib. 1. tit 5. defin 7. Vol. 1. Teſſaur. deciſ. 106. n. 5. Natta in conſ. 148. n. 2. & conſ. 149. per tot Vol. 1. adeoq; perſona Eccleſiaſtica etiam ratione bonorum, quæ poſſidet, coram ſeculari conveniri poteſt, Treut. d. diſp. 3. th. 8. g. & diſp. 12. th. 10. Matth Steph. 1. de juriſd. 31 n. 2. Gail 1. obſ 37. n. 4. V. Quandoq; & aliis de cauſis juriſdictioni ſubjicitur. Sic ratione cauſæ, Treutl. d. loc. lit. h. Eccleſiaſticæ, coram Eccleſiaſtico; Feudalii, coram domino aut parib. VVeſenb. de judic. n. 16. Treutl. loc. citat. vel ex cauſæ continentia, Treutl. d. th. 8. lit. i. Vmmius d. diſp 4.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0027-1

nu.17. & ſeqq Petr. Frider. Mindan. de Proceſſ. lib. 3. per tot. Matth. Steph. 1. de ju-
riſd. c 32. per tot. Quæ omnia tamen ſimpliciter ſubditum non faciunt, Matth.
Steph. 2. de juriſd. p. 1. c. 7. nu. 221. Gail. 2. obſ. 36. n. 15. nam aliud eſt forum ſortiri
& legibus loci ſtringi, aliud ſubditum eſſe, Ioh. Chriſtoph. Herpfer præcept. Polit.
tit. de Subdit. th. 1 Vol. Baſ. 2. id quod ex domino feudi patet, qui inter vaſallos in-
hibere, mandare & in contumaciam procedere valet, arg. clem. paſtoralis. 2. de
Sentent. & re judic. Gail. de Pignorat. obſ. 15 n. 3. nihilominus vaſallus, non pro-
tinus etiam ſubditus eſt, FF. in c. 1. Qualiter Vaſall. juram. Heig. p. 1. q. 18. num. 5.
Matth. Steph 2. de juriſd. p 1. c. 7. n. 183. Roſenth. c. 5. concl. 69. lit. h. & c. 11. concl.
14 Gail. de Pignorat. c 15. n. 3. Rol. a Valle conſ. 1. n. 30. Vol 3. quòd maxima ſit dif-
ferentia inter juramentum ſubjectionis & vaſalliticum ſive clientelare, Th. Mi-
chael. de juriſd. concl. Matth. Steph. l. 2. p. 1. c. 7. n. 248 Gail. de Arreſt. c. 7. nu. 11.
Minùs arguit ſubjectionem omnimodam jus patronatus ſive protectionis ejusq;
homagium, arg. L. 2. ff. de jur. immunit. L. non dubito. 7. §. liber autem populus.
1. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ. c. recepimus. 8 & c ex parte tua. 18. de Privil.
Beſold. 2. Pol. 6. §. 23, 24. Herpfer. d. tit. de Subdit. th. 2. Victor de Exempt. concl.
20. Magerus de Advocatia c. 10. n. 386 etiãſi patronus utatur titulo, Liebe getrewe
Magerus d. c. 10. n. 479. plurib. quamvis haud rarò ſubjectionis ſit principium, uti
conqueritur Magerus d. tract. c. 1. n. 145. Hîc monendum, quòd & Princeps ſum-
mus ſecum poteſt diſpenſare quandoque, arg. §. ſed & quod Princips. 6. Inſt. de
I. N. G. & C. c. per venerabilem. 13. verſ. inſuper cum rex. Qui fil. ſint legit. San-
chez de matrim. lib. 8. diſp. 3. n. 6. 7. & ſeqq. quamvis veriùs legibus ſit ſolutus,
uti infr. concl. 14. lit. b. nec inde privilegium accipiat, Enenkel. l. 1. c. 7. per tot.
Poteſt tamen novus Princeps novis legibus, ad informationem jurium Majeſta-
tis, conſtringi, arg. L. cum pater. 77. §. libertis 27. ff. de Legat. 2. non æquè ſi jura
anteceſſorum regniq; hoc ipſo infringantur, arg. eor. quæ in Rehabeam 1. Reg. 2.
& 2. Paralip. 10. Et limitata illa poteſtas, ſi per proceres rurſus remittatur Pri-
vilegii inſtar erit. Enenkel. l. 1. c. 7. n. 30 (b) Nimirum ſervatâ ſemper
differentia inter ſubditum Pactitium, Exemptitium & Privilegiariũ, Vid. Beſold.
2. Pol. 8. §. 21, 32, 33, Dn. Cluten in ſylloge th. 27. lit. f, g, h. Leges & ſic Privilegia
ſubditum directò concernunt; Extraneum verò indirectè, quatenus ſcilicet ipſi
nobiſcum juris communicatio eſt. Ita Civitates Anseaticae, Privilegia &
Emporia ſua, in Flandriâ, Brugis, poſtea Antvverpiæ: Novogardiæ in Ruſſiâ: Lon-
dini in Angliâ: Bergæ in Norvvegiâ Dn. Remig. Feſch. de Fœder. concl. 9 c. Matth.
Steph. 2 de juriſd. p. 2. c. 3. n. 16. & ſeqq. in iisque aliqualem jurisdictionẽ Matth.
Steph. d. c. n. 16. ab exteris Principibus habuere. Dicuntur autem hæ vel ab Anſi,
Gothico vocabulo, quod eos denotat, qui cæteros mortales fortunâ & opibus an-
tecellunt, Gerhard. Mercator. in Antlant. minor in Franconiâ. Beſold. 2. Pol. 6.
§. 11. n. 1. & de Civitatib. imperialibus diſcurſ. ult. vel ab Hanſa, quod magnæ ci-
vitates ſint, uti vult Cypræus de Sponſal. c. 6. §. 9. n. 10. Beſold. d. th. ult. aut congre-
gatio, Dn. Feſch. d. concl 9. lit. c. vel ab on cy, ohn ziß/ id e, à vectigalib. immunes,
Mercator in Atlant. Min. Franconia. vel à vocabulo Germ. hand/ quod manum
fidei teſſeram deſignat. Philipp. Honor. Theſaur. Polit. part. 2. pag. m. 279. vel ſe-
cundùm vulgarẽ, quòd ſint mari vicinæ An Sehe/ Arumæus diſcurſ. ad A. B. 14.
th. 9. Dn. Feſch. d. concl 9. c. Barth. Muſcul. de confrat. th. 15. Reinek. d. c. 20. nu. 44.
Matth. Steph. d. c. 3. nu. 5. De cujus Fœderis origine & progreſſu. Vid. Dn. Feſch. d.
loc. Mich Caſp. Lundorp. in contin. Sleid. lib. 12. in pr. Alb. Crantz lib. 2. Saxon c.
22, 23. Thuan. hiſtor. lib. 5. & rurſus lib 49. Helmold. in chron. Sclavon. lib. 1. c. 3.
Dn Ioach Cluten in paradox. 8. Barth. Muſcul. d. th. 15 Meterran. hiſt. Belgic. l. 19.
Philip. Honor. theſaur. Polit. part. 2. pag. m. 279. ubi tria requiſita ponit, 1. ut ci-
vitates

*vitates ſint maritimæ; adde, aut cum hisce immediatè negotiantes.* 2. *liberæ, ſaltem ut portarum ſuarum claves in poteſtate habeant.* 3. *ut ſint ſub imperio, adde, aut fuerint.* Status imperii in univerſum conſideratæ nõ quidẽ ſunt, *Herm. Kirchner. de Rep. diſp. 14 th. 2. lit. c. in fin Syring. de Pac. relig. th. 39. b. & vide quæ ſupr. concl. 7. lit. d. in pr. notavimus.* Interim tamen fœdus illud pro illicito & conſpiratione non habendum, *Beſold. 2. Pol. 6. §. 11. Hænon. diſput. Polit. 13. th. 3. b. Feſch. d. loc. Muſcul. th. 17. 18. Zach Vietor. de Exempt. concl. 17. Matth. Steph. d. c. 3. n. 3. Reinek. l. 1. cl. 4. c. 20. n 40. & 46.* Sed ejectâ Londino Societate Hanſeatica, *cujus occaſionem refert Lundorp. lib. 12. pag. m. 104. ſub Anno 1572.* Anglos ſuis Privilegiis & immunitatibus, Amſtelodami, Delphis, Hamburgi, Elbingæ, gaudere videmus. Sic Germanis eminentiora jura inter Luſitanos indulſit Alphonſus I. Rex Portugaliæ, *quæ videre eſt en L' Eſtat de Portugal. n. 8.* Sic Turcæ Venetiis & rurſus in urbe Conſtantinopoli Angli, Veneti & nuperrimè Belgæ collegia privilegiata obtinuêre. Hinc quoq; qui Peregrinis, id eſt, hoſtibus, perduellibus transfugis, hæreticis, latronibus & id genus aliis, concedi ſolet ſalvus conductus, profluit, *de quo Matth. Steph. 2. de jurisd. p. 1. c. 1. m. 2. n. 159. & ſeqq. Schonb. 5. Pol. 25.* niſi ipſum delictum, ut anſam, conſiderare, mavis. Neſcio anne huc quoq; referendum ſit, quod ſummi Principes exteris nonnunquã ordinem equeſtrem cõferunt; uti noſtro tempore Iacobus V. Magnæ Britanniæ Rex Hippolyto à Collibus conſiliario Palatino, & poſtea Adolpho Steingenio El. Brandeburgici legato. Sic quod Veneti Patriciatum obtulere Henrico III. Galliarum Regi. *Thuan. lib.* Sic ordo aurei velleris, Periſcelidis & s. conferuntur. Sic veniam ætatis impetravit ab Imp. Rudolpho II. Chriſtianus IV. Daniæ Rex. *Schonb. 5 Pol. 18. Matt. Steph. l. 2. p. 1. c. 1. m. 2 n. 137.* inde & Regii &c. tituli, *de quib. ſup.* (*c*) Nã actus voluntarii extra territorium queunt exerceri, *L. 2 ff. de Offic. proconſ. L. apud 17. in fin. ff. de Manum. vindict. Nolden. de Nobilit. th. 19.* quòd tamen Prætor Lugdunenſis Sigismundo Imp. Comitem Sabaudiæ, ducem creare volenti, denegavit. *Bodin. 1. de Repub 9.* Hoc ex fundamento Academias à ſolis PP. Rom. fundatas aut confirmatas, *quales eſſe teſtatur Matth Steph 3 de jurisd part 2 c. 2. n. 12.* in Germaniâ obtinere cenſemus, *M. Steph. d. c. 2. n. 19. & 21.* Hodie tamen confirmationem Papæ in iis neceſſitatis eſſe non credimus, *per L. fin ff. de jurisd. Schonb. 5. Pol. 17. Matth. Steph. d. c. 2 n. 12. 14. 15. & ſeqq.* quòd & Impp. Rom facultatem creandi Doctores in utroque jure largiuntur, *Matth. Steph. d. c. 2. n. 17. 18.* nec jus Canonicum nos ſtringit, niſi quatenus uſu à foro noſtro receptum eſt, *Schneid. ad rubr. Inſt. de Nupt. n. 11. & ad rubr. de Interd. n. 21. Vultej. in prolegom. I. P. de Studio juris fol. m. 31. Rosbach. in theſaur. receptar. differ. utriusq; jur. in proœ. n. 13. ubi limitat. in ſeqq. & lib. 1. tit. 6. n. 2. & 3. Reinek. l. 2. cl. 2. c. 7. nu. 5. 6. 7. 14. Matth. Steph. 3. de jurisd. in præfat. inprimis pag. 18. Gail. 2. obſ. 33. n. 16.* Quod tamen propterea, ut curiis noſtris indignum, rejiciendum non eſt, *Reinek. d. c. 7. n. 8. & ſeqq. Matth. Steph. d. loc.* (*d*) In aliis, quàm gratiis Privilegium Extraneo indultum eſt invalidum, *Beſold. 1. Pol. 2. §. 22. n. 1.* quòd extra poteſtatis ſuæ limites Princeps loco privati fit, *per c. venerabilẽ. Qui fil. ſint legit. c. cum ad virũ. c. duo ſunt. c. ſi imperator. Diſtinct. 96. L. fin. ff. de jurisd. vid. Camill. Borrell. de Magiſtrat. edict. l. 2. c. 9. nu. 1. & ſeq.* præſertim ſi conceſſio cedat in præjudicium Domini; inde judicio curiæ Tholoſanæ Ioan. Navardus à Pontifice comes Palatinus creatus, quòd jure concedendi veniam ætatis, in Francia uſus eſſet, ignominia notatus eſt. *Io. Papon. lib. 5. tit. 5. arr. 1. Boer. deciſ. 242. n. 4.* Itaque non ſubditum Princeps natalib. reſtituere vel legitimare quoad bona intra alterius imperii limites exiſtentia, non poteſt, etiamſi conſentiant ii, quorum in præjudiciũ fit legitimatio, *per c. venerabilem. verſ. inſuper. Qui fil. ſint legit. Covarr. de Ma-*

*trim.p.2.tom.1.§.8.n.43.* Idem eſt ſi præjudiciũ magiſtratus intermedii vertatur, veluti ſi princeps civitare donare vellet, quem magiſtratus jus recipiendi habens, admittere recuſarat, *Beſold.1.Pol.12.§.69.n.2.* Minùs ſubditum Status alicujus aut ſub hoc delinquentem, noxæ eximere poterit, *Beſold.1.Polit.4.§.11.n.5.* Minimè verò in præjudiciũ tertii conceſſum valebit; uti de legitimatione ab Imp. in territorio Genuenſium, in præjudicium tertii factâ, decidit Hieron. Marilianus, *de-ciſ.1.n.27. & deciſ.95.* ubi hoc limitat valere nimirum, ſi facta ſit ad petitionem patris. Sed an & quatenus jus tertii infringatur, *vid. infr. concl.14.a.*

## CONCLVS. X.

Itaq; Perſona, Res aut Actio (*a*) Privilegio gaudet (*b*), Siquidem exiſtit (*c*) & habilis (*d*) & eo digna (*e*).

(*a*) Quæ tria juris objecta haud male conſtituuntur. *§.fin. Inſt. de I.N.G. & C.L.1.ff.de Stat.hom. Treutl.1.diſp.2.th.1.a. Henning. Wagner diſp.ad Inſtit.1. th.9.b. Weſenb.in œconom.Inſtit.in pr. Magerus de Advocat. c.6.n.1.* PERSONAE vox hîc hominem corpore & anima rationali conſtantem ſignificat, *Petr. Greg. Syntag.jur.lib.7.c.1. Carol. Tapia d.conſtit.Princip.ad L.fin.c.3.p.1.* Hominis verò voce etiam fœmina venit, *Gen.1.v.27. & Gen.5.v.1. & 2.* quia & ipſa creata eſt, *Gen.2.v.22.* à Deo, qui eſt ſimpliciſſimus & in quem nullus error neq; accidens cadit. *Scalig.exer.6.ſect.2.* ideoq; monſtrum i.e. erratum naturæ non eſt, *uti voluit Ariſtot.de generat.animal. lib.2.c.3.* nec mas occaſionatus, *uti dicit Guil. Bened.in c. Raynutius verſ.duas habens filias.n.124. de Teſtam. quò & alludit. Frid. Taubman.in Plauti Ciſtellaria.* Sed Fœmina homo eſt, ſive Latinitatẽ ſpectes, *Cic.lib.4. Epiſt. famil.5. ibi: Paucis poſt tamen annis ei moriendum fuit, quia homo nata fuerat*; ſive originem, ſive materiã, ſive Formam, *Dn. Gœddæus ad L.1.n.28.ff.de V.S. ubi n.31. & ſeqq. contra Cujac.obſ.21.lib.6. pluribus. oſtendit,* Fœminam ICto quoq; ut ICto hominem eſſe, *arg.d.L.1.L.hominis.152.ff.de V.S. cum L.Mævius.66.§.duorum.ff.de Legat.2.L.2.ff.de Stat.hom.L.1.§.generalit. ff.de Legat.præſtand.L.3.§.1.ff.de Liber.exhib.L.2.§.1.ff. unde legit. Treutl.1. diſp.2.th.1.c. Petr.Gregor.7.Syntagm.1.n.9.* Non eſt autem Privilegium, quod nõ ſaltem ad unum horum objectorũ referri queat. Vnde vulgus Doctorum diſtinctionem Privilegiorum in Reale & Perſonale, ſumit, quæ tamen meliùs ex cauſa finali dignoſcitur, *Ludov.Carbo de Legib.lib.9. diſp.7. Ioh. Calvin. in lexic.juridic.voc.Privilegium.* Eſt autem REALE, quod præcipuè rerum conſervandarum gratia indultum eſt, *Ludov. Carbo d.loc. Calv. d. loc.* qualia in jure noſtro affatim, *vid.infra concl.30.31.32.* PERSONALE tamen dicitur, quod in Perſonæ gratiam præcipuè irrogatum eſt, *Carbo d.loc. Enenkel.2.c.1.n.2. & c.4.n.53. & ſeqq.* quod VEL Singulariter Perſonale eſt, h. e. uni alicui & certæ perſonæ, ſingulari de cauſa in aliis vel non repertâ vel non agnitâ, privatim aut ſingulariter conceſſum. Quæ & qualia in legum Codice non habentur. *Carbo. ut ſupr.* VEL Communiter Perſonale, h.e. quod ob cauſam vel qualitatem in pluribus perſonis animadverſam datur, *Carbo ibid. cujus exempla in §.fœminæ 10. Inſt.de Adopt. §.cum autem.1. Inſt. Quib.mod.jus patr.poteſt.ſolv.§.ſciendum.6. Inſtit.de Hæred. qualit. & differ.§.1.Inſt.de SC.Tertull.L.maritũ.13.cũ ſeq.ff.ſolut.matrim.* Et HOC rurſus competit AUT Singulis, ut ſinguli eo uti queant, nec opus plures intervenire, idq; vel extra certũ Privilegiatum collegium conſtitutis, vel quatenus tribui aut certo ordini ſunt adſcripti, *Rittershuſ.ad LL.12.Tab.cl.2. c.2. de qua conſociatione vide Althuſ.2 Pol.n.4. & ſeqq.* & haud malè appellatur Corporale, quòd id omnib. & ſingulis de corpore commune ſit, ut ſinguli eo uti queant. *Carbo d.loc.* AUT univerſis competit, ita ut ſingulis non congruat, & ſpeciatim dici-

tur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0030-9

tur Locale, q. ipſis locis, nõ ſingulis perſonis conveniens, *Carbo de LL. lib. 9. diſp. 7.* nonnunquam Reale, quod perpetuò duret, licet etiam in perſonis ſingulis cũ ipſis extinguatur, *L. ſemper. 5. ff. de jur. immunit. Enenkel. lib. 2. c. 4. n. 63.*

*(b)* Si tamen vult: Nam invito beneficiũ non datur, *L. hoc jure. 19. §. nõ poteſt. 2. ff. de Donat. L. invito. 69. L. invitus. 156. §. fin. ff. de R. I. L. nec emere. 16. C. de jure deliber. Magerus de Advocatia c. 11. n. 576. & ſeqq. & vide infr. concl. 29. a.* Honores tamen etiã invito deferri poſſunt, *L. & qui 3 § præſes. 15 ff. de Muner. & honor.* In hiſce n. & ſimilibus intereſt Reip. ne adverſus propria cõmoda veniant homines, *L. ſi pater. 4. C. de Sponſal.* eorum igitur velle aut nolle attendendũ non eſt, *Auth. res quæ. C. Commun de legat. & Dd. communiter citati à Mager. d. c. 11. n. 392.* *(c)* Perſonæ, rei, aut cauſæ exiſtenti demum conceditur Privilegium; Non entis enim nullæ ſunt qualitates, *L. 2 ff. de Vſufr. L ſi ſervũ 4. §. 1. ff. de Act. empt. Dn. Gœd. ad L. 5. in pr. n. 11. ff. de V. S. Cothman. conſ 9 n. 41. vol. 4.* Mortuo autem regulariter dari nequit, niſi reſpectu viventis, *L. jubemus. 4. C. de Præpoſit. ſacr. cubic.* & collegio nondum exiſtenti privilegia non competunt, *poſt gl. in c. ult. verb. ad futuras trahunt, de Reſcript. Enenkel. l. 1 c. 6. n. 5.* eidem tamen legari aut hereditas efficaciter relinqui poteſt, *per L. cum pater. §. ſurdo. ff. de Legat. 2. Abbas in c. ad audientiam. de Eccl. ædif.* Nam rei proximæ exſtituræ dari poterit; ſic poſteritati necdũ natæ, imò nondum conceptæ utiliter provideri poteſt, *c. filii nati Si de feud. defunct. controv. c. un. de Fil. nat. ex matr. ad morganaticam contracto. Rickius de union. prol. c. 7. n. 54.* uti aliâs in favorabilibus naſcendus pro nato habetur, *L. 7. 15. 26. & pen. ff. de Stat. hom. L. cum quidã. 30. §. 1. ff. de Acquir. hæred §. cum autem. Inſt. de Tutel. L. quod dicimus. 231 ff. de V. S. ubi Dd.* Quin & pendenti aut præteritæ rei nonnunquã indulgetur, L. *privilegia. 17. §. pen* L *ſancimus. 21. cum ll ſeqq. in fin. C. de S S. Eccl.* *(d)* Non eſſe & inhabilem eſſe paria ſunt, *arg.* L. *1. §. pen. ff. de Rivis.* L. *quoties. 6. ff Qui ſatisd. cog.* L *1. §. 2. Quod cujusq; univ. nom. Nolden. de Nobil. th. 22. Enenkel. l. 1. c. 5. n. 3. Gail. 2. obſ. 50 n. 6.* Æſtimatur autẽ illa habilitas ex Reip. & Privilegii conditione: Pro Reip. conditione alicubi locorũ magiſtratu arceri cõparet Naturales *Camillus Borrell. 1. de Magiſt. edict. c. 7. per tot. Tapia ad* L. *fin. de cõſt. prin. p. 2. c. 3. n. 44. & ſeqq.* Pauperes *Camill. Borrell. l. 1. c. 13. per tot. facit Gail. 2. obſ 55. n. 6. Tho. Smith. 1. de Rep. Angl. l. 1. c. 17.* Exteri quandoq; *vid. Borrell. d. l. 1. c. 5. n. 17. & ſeqq. Eberh. Speckhan Qq. jur. cent. 2. q. 9. Reinek 1. de Regim. cl. 3. c. 4. n. 2. & ſeqq.* mẽbris carentes aut vitio corporis ſingulari laborantes, *Borrell 1. de Magiſtr. edict. c. 3. n. 23. & ſeqq.* Quæ olim in Senatore Rom. conſiderata fuerint, *refert. Valent. Forſter. hiſt. jur. l. 2. c. 83. n. 3. & ſeqq.* Quæ hodiè in Adſeſſore Cameræ imperialis *vide Ord. Cam. p. 1. tit. 3. Denais. jur. Camer. tit. 14. Roding. in Pandect. Cam. lib. 4. tit. 3. pag. m. 507.* Huc facit ritus Depoſitionis in Germania, *de quo Matth. Steph. 3. de juriſd. p. 2. c. 5.* Ludus mercatorum Bergæ Norvvegiorum, *vid. Matth. Steph. d. c. 5. l 3. p. 2. n. 10. Coler. in Calendar. perpetuo, menſe Majo. Herm. Kirchn. 14 de Repub. coroll. 1. ubi hunc improbat.* dolium ſive cupa Luneburgicarum ſalinarum, *Matth. Steph. d. c. 5. n. 13.* Pro Privilegii natura inhabiles ad Privilegium habentur, nonnulli; inter quos nauta ſine navi, *per* L *ſemper. 5. §. licet. 6. ff. de jur. immunit.* Miles lectus, nõ immatriculatus, L. *24. & ſeq. ff. de Teſtam. mil.* civis non immatriculatus: monachus fictus: Scholaris negligens, *Beſold. 1. Pol. 12. § 42. n. 14. Cuppenerus ad Auth. habita. pag. 71. & 104. Pacius ad eand. c. 4. n. 10. Gail. 2. obſ. 118. n. 8.* Doctor indoctus, *poſt allegatos à ſe Nold. de Nobil. th. 4. Petr. Greg. 18. de Repub. 9. n. 9.* In quibus & ſimilibus clauſulã Motus proprii defectum perſonæ ſarcire negant Dd. *arg. L. ſi quis. 13 ff de Offic. rect. provinc. Enenk. l. 1. c. 5. nu 3.* Habilitas autem illa in honoribus non negligenda, utpote quorum cauſa gravis & ardua, *vid. Tapiam ad L. fin. de Conſt. princ. p. 2. c. 9. num. 83. & ſeqq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0031-4

Et bene Philippus II. Rex Hiſp. honores inquiebat, in homine inepto, ut cibos delicatos in malo ſtomacho corrumpi; nec cujuslibet eſſe magnā fortunā cōcoquere. *Th. Lanſius in conſultat. de Europa orat. pro Hiſpan. pag. m. 237.* Indeq; Henrico IV. Galliar. Regi author eſt Iacobus Auguſtus Thuanus, *in præf. Hiſtoriar.* non novos homines, ſed integritatis perſpectæ, qui Deum timeant & avaritiam odio habeant, non gratia aut pretio, ſed virtutis ſolius commendatione ad honores provehi debere. *rationes ibi videre eſt.* Cui adſtipulatur Reip. Bremenſis (dulciſſimæ patriæ meæ) ſtatut. 3 in electione Senatoris requirens, **den nutzeſten vnd beſten/den die** (Electores) **wiſſen in der gantzen Statt.** *& accedit Iethro ſocer Moiſis Exod. 18. v. 21. & Deuter. 1. v. 13.*

(c) *Auth. habita C. Ne fil. pro patr. L. eum qui 58 C. de Decurion. lib. 10. Nolden de Nobilit. th. 22 vol. Baſ. 4.* adeoq; Privilegium præmii loco conceſſum ad odioſos trahendum non eſt, *L. 26. §. 1. ff. de Teſtam. milit.* Ita munera quidem hæreticos concernunt, non æque Privilegia Chriſtianis indulta, *L. 1. C. de Hæret. Nov. 45. in pr. Nov. 109. in pr. & c. 1.* nec uxor maritum, qui ſibi labem adſperſit, ut hominem integræ famæ lugere tenetur, *Cypræus de ſponſal. c. 13. §. 93.* Ita aſyla homicidis voluntariis non debent prodeſſe, *de quib. infr. concl. 21. e. & Magerus de Advocat. c. 8. n. 35. & ſeqq.* & geminatum delictum venia caret, *L. nemo 3. in fin. ubi Bart. C. de Epiſcop. audient. fac. L. capitalium 28. §. 3. ff. de Pœn. L. 1. C. ſi ſæpius reſt. in integr. pet.* ut grave crimen abolitum ſæpe in levi ſuperveniente rectè puniri monet Papon. *24 arreſt. 10. nu. 4.* ne ſc. prætextu Privilegii vel flagitiorum creſcat authoritas, vel publica vacillet utilitas, *L. 2. C. de Privil. Scholar. lib. 12. Nov. 8. c. 5. verſ. neque item committes.* Quin & indignus ſæpè cenſetur qui ambivit vel affectavit, *arg. L. ambitioſa. 4. ff. de Decret. ab ord. fac. L. privilegia 12. §. 1. C. de SS. Eccleſ. L. ſcriniis 7. in pr. C. de Palat. ſacr. largit. lib. 12. Enenkel. 1. de Privil. 6. n. 22. & ſeqq.* Ita legationi affectatæ Privilegium legati non competit, *L. 4. & ſeq. ff. Ex quib. cauſ. maj.* nec inducit vacationem tutela affectata, *L. ex ſententia 29. ff. de Teſtam. tutel. L. uxori legatū 18. ff. Ad L. Cornel. de falſ. L. 1. & 2. C. de His qui ſpont. mun. publ. ſubeunt.* Ita paupertas, quam ſibi litigator accivit Privilegium non dat, nec nocet collitigatori, *per L. pen. ff. de jur. dot. Tiraq. de LL. connub. gl. 8. n. 288. Covarruv. 2. var. reſolut. c. 16. n. 9. Magerus de Advocat. c. 11. n. 774. Pruckman conſ. 16. n. 8. vol. 2.* Et magnum æs alienum contrahens animo cedendi bonis, beneficio ceſſionis non gaudet, *Enenckel. 1. de Privil. 6. n. 29. Petr. Gregor. 22. ſynt. jur. c. 9. n. 20.* Vt nec impunitatem tempore publicæ lœtitiæ indultam impetret, qui ſpe futuræ gratiæ deliquit, *Bart. in L. 1. princ. ff. Si is qui teſtam. lib. eſſe juſſ. Enenkel. 1. de Privil. 6. n. 23. Iul. Clarus 5. recept. ſent. §. fin. q. 59. n. 12.* Si autem Princeps aliquem ex certa ſcientia eligat, an is dignus ſit, dubitari non oportet, *L. 2. C. de Crim. ſacrileg.* Inferior à Principe ſi eligat indignum, pro ea vice privatur jure præſentandi, *c. cum vos 4. ubi gl. de offi. jud. ordin. c. cum in cunctis de Elect. Nov. 123. Alphonſ. Vilagut. de Reb. Eccleſ. malè alienat. reſt. lib. 1. c. 5. n. 5. & 9. arg. L. cum quidam 24. ff. de Legat. 1. Emeric. à Rosbach de Differ. jur. civ. & can. lib. 1. tit. 1. n. 8. & ſeqq. differentiam facere videtur.* Semel verò indignus beneficio redditus, idem denuo non impetrat, L. 2. *C. de Diverſ. offic.* L. *ſemel. 6. C. de Re milit. Enenkel. d. c. 6. n. 20.*

## CONCLVS. XI.

Conceditur in Privilegium (*a*) Res quælibet (*b*), quæ Principis diſpoſitioni ſubeſt (*c*).

(*a*) Sine materia Privilegium nullum eſt, *arg. L. nec emptio 8. ff. de contrah. empt.* nec enim qualitas ſine ſubjecto erit, *L. ſi arbiter. 28. ff. de Probar.*

Ayrer

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0032-9

*Ayrer proceſſ. hiſt. p.* 1. *c.* 3. *obſ.* 2. *n.* 24. 25. Materia autem ICtis intelligenda eſt generaliter non modò res Phyſica ſive ſenſilis, ſed & intelligibilis, *Freig. in Log. ICtor. lib.* 1. *c.* 5. *Dn. Vultei ad princ. Inſt. de Rer. diviſ. n.* 4. Et eſt Privilegij materia, Res, ſuper qua, vel de qua Privilegium conceditur, *Ludov. Carbo d. ll. lib.* 9. *diſp.* 6.

(*b*) Rei appellatio latiſſima eſt, *l.* 5. *in pr. l.* 6 *&* 23. *ubi Dd. ff. de V. S. Pratei. Schard. Calvin. in Lexic.* adeò ut vulgò vocabulum tranſcendens appelletur, utpote quod ad omne ens & non-ens referri queat, *Dn. Gæddæus ad d. l.* 5. *n.* 4. *de V. S. inde Auſonius: Imperium, litem, Venerem, cur una notat res?* In jure autem plures, quàm viginti recipit ſignificationes, *uti teſtantur Dd. modò citati.* Nobis hîc, juris de quo quæritur, ſubjectum eſt, *per ea, quæ Dn. Gæddæus ad d. l.* 5. *pr. n.* 6. *ff. de V. S. tradit,* ut comprehendat omne id, quod in commercio hominum eſt. Et tum in Privilegium venit Res, ſive jam exiſtat, ſive futura ſit: ſic futura hypothecæ dare, *l. & quæ nondum.* 15 *in pr. l.* 16. *in pr. ff. de Pignor.* ſtipulari, & promittere, *l.* 73. *ff. de V. O.* legare, *l. quod in rerum.* 24. *ff. de legat.* 1. *l. etiam ea.* 17. *ff. de legat.* 3. emere, *l. nec emptio.* 8. *l. ſi in emptione.* 34. *§.* 1. *ff. de Contrah. empt.* expectativam ſuper feudo nec dum aperto largiri, *c. unic. de Feud. dat. in vicem leg. c. unic §. morib.* 2. *ſi de feud. defunct. Dn. Vult.* 1. *de feud.* 7. *n.* 48. *Gail.* 2 *obſ.* 115. poſſumus: ubi ſemper tacita ſubeſt conditio, ſi ita eveniat, *arg. l.* 1. *§. fin. ff. de Condit. & demonſtrat.* Sin autem res neque in natura ſint, neq; futuræ ſperentur, nec veniunt in privilegium, *arg. §.* 1. *Inſt. de de Inutilib. ſtipulat, l. demum.* 57. *ff. de Contrah. empt.* quòd nullum pactum eas faciat exiſtere, *Dd. ad l.* 1. *ff. de Adquir. poſſeſſ. l.* 1. *§. ſi id quod.* 9. *ff. de O. & A. l. ſi ſtipulor.* 35. *ff. de V. O. Gæddæ. ad d. l.* 5. *pr. n.* 11. *de V. S.*

(*c*) Quoniam igitur contrariorum notitia ſimul eſt & correlativorum eadem doctrina, *pr. Inſt. de His qui ſui vel alien. jur. l.* 1. *in pr. ff. eod. l. ult. C. de Indict. viduit. toll.* Videndum priùs quænam ſint extra Principis poteſtatem. Quamvis enim ipſi competat Plenitudo poteſtatis, παμβασιλεία, quæ eſt, liberrimum arbitrium, ſive omnimoda poteſtas nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſq; regulis limitata, *ſecundùm Bald. in l.* 2. *ff. de ſervit. & aq. Th. Smith.* 1. *de Rep. Angl. c.* 8. *Beſold.* 1. *pol.* 2. *§.* 36. *n.* 2. *Pariſ. conſ.* 1. *Vol.* 1. quâ mutare quadrata rotundis dicitur, *vid. Ayrer. part.* 2. *c.* 9. *obſ.* 1. *n.* 4. 5. 6. quamq; Claudius ad Honorium conſiderans: Comprime motus (canit) Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit, Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti. Non defuere tamen unquam, qui ſimpliciter omni juris nexu ſolverent; uti deteſtandum Ieſabelis, vineam Nabothi Achabo vindicantis, factum reſtatur, 1. *Reg.* 21. Sic Nero negavit, quenquam Principum ſciviſſe, quid ſibi liceret, *Sueton. in Nerone:* & Iulia Antonini Caracallæ noverca, filio, ut ſe inceſtu pollueret, An neſcis, inquit, te imperatorem eſſe, leges dare, non accipere: *alia promit exempla Enenkel. l.* 1. *c.* 8. *n.* 8. Huc quoq; Anaxarchus Philoſophus ſpectat, cum Alexandro M. ſcrupulum de interfecto Clyto eximere nititur eo fundamento, quòd imperantes jus faſq; ſtatuant, nec hominum opiniones de ſe magnifacere debeant, *ſimilia Beſold.* 1. *pol.* 2. *§.* 43. *Enenk. l.* 3. *c.* 3. *& c.* 4. *n.* 244. Ejuſmodi paraſitorum, ſuo ex uſu potiùs, quàm jure reſpondentium, vocibus ſeducti Magnates facilè, cum Alexandro in hanc ſententiam deſcendunt: Quod enim non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt, *Seneca Tragicus in Hyppol.* præſertim malus improbuſq; ille, qui (*ſecundùm Lipſ. in præfat. polit.*) in imperio non, niſi imperium cogitat: & magnus magis, quàm bonus audire deſiderat.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0033-5

Quum tamen talis poteſtas nec ſit, nec verè eſſe poſſit, *uti poſt alios à ſe laudatos oſtendit Io. Althuſ. polit. c 18. n. 39. & Pruckman. ad §. ſoluta poteſtas, cap. 3. per tot.* Rem in ſeqq. pleniùs perſequemur.

## CONCL. XII.

### Sed Princeps contra jus Divinum *(a)* ut & Naturale ſive Gentium (*b*) non diſponit abſolutè *(c)*.

(*a*) Pietas ac religio omnium Rerumpub. eſt fundamentum, *Beſold. 2. polit. 1. §. 25. & 26. Schonb. 3. polit. 11. Philipp. Honor. Theſaur. polit. part. 1. pag. m. 501. & ſeqq.* & nulla peſtis civitatib. gravior accidere poteſt, quàm numinis carentia, *Bodin. 4. de Rep. 7. n. 485.* Tolle hoc vinculum religionis, vita hominum ſtultitiâ, ſcelere, immanitate complebitur, *Lactant. de ira cap. 12.* Nulla autem religio quàm Chriſtianorum, Politiæ convenientior. *Beſold. 2, polit. 2. §. 29. Philip. Honor. d. loc. pag. 502.* At verò nihil in Repub. validius, quàm Regis exemplum, cujus vita cenſura eſt perpetua, *Niceph. Call lib. 8. hiſt. Eccleſ. cap. 34. Bodin. 3. de Rep. c. 7. & lib. 4. c. 7.* & Claudianus: Non ſic inflectere ſenſus humanos edicta valent, quàm vita regentis. Et equidem nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe, nihil, quod ita nequeat occaſui ſubjacere, quàm vera religio. *Ioan. archiep. Rom. Iuſtiniano Imp. in l. inter claras C. de ſumm. trinit. & fid. Cathol.* Revera quoq; Princeps ſe habet ad Deum, ſicuti judex ad principem, *Sapient. 6. v. 5. Bart. in l. 1. ff. de I. & I.* utpote, quòd ejus poteſtas à Deo dependeat, *Apoſt. Paul. ad Rom. 13. v. 1. & 4. Sapient. 6. v. 4. l. 1. C. de Vet. jur. enucl. c. ſi imperator. 11. diſt. 96. gl. in c. unam ſanctam. circa fin. Extrav. de Majorit. & obedient.* id quod titulo ſuo, *Nos Dei gratia* profitentur, *de quo ſupr. concl. 5. a.* proinde rectè D. Ambroſius Imperatorem monet, ut ſi conſtans velit imperium, ſe Deo ſubmittat, *c. convenior. 23. q. 8.* Non erit igitur Legibus Divinis ſolutus, aut contra eaſdem ei venire licebit, *l. fin. C. de Inceſt. & inutilib. nupt. c. ſunt quidam. 25. q. 1. Beſold. 1. polit. 2. §. 38. n. 1. Gothofr. Anton. diſp. feud. 1. th. 1. b. Enenkel. l. 1. c. 3. n. 6. & ſeqq. rurſus cap. 8. n. 16. Ayrer. proceſ. hiſt. p. 2. c. 10. obſ. 1. num. 6. & ſeqq. Thom. Cormer. in Cod. Henrici IV. lib 7. c. 2. §. 9. Camill. Borrell. 2. de Magiſtr. c. 1. per tot. Gail. 2. obſ. 31. n. 12. & 14.* Verùm lex & factum imperatoris ſemper ad canonem divinum regulandum eſt, *c. 1. & 2. diſt. 10. c. tua. 25. de Decim.* ut ſi quid ei contrarium mandet, nemo teneatur ſequi, quòd Deo magis, quàm hominib. ſit obediendum. *Auth. Habita: ibi: Deo & nobis. ubi Dd. & Cuppenerus pag. mihi 27. & 58. C. Ne fil. pro patr. arg. 1 Petr. 2. v. 7. Sapient. 6. V. 5. Petr. Martyr. Loc. Comm. cl. 4. c. 13. §. 27. c. 1 diſt. 9. Althuſ. polit. c. 18. n. 41. & ſeqq. Scheplitz Prompt. jur. tit. 2. §. 3. lit. A.* Sed contrarium tollendum: Quod cogitans Carolus M. Saxonib. devictis jura quidem ſua reliquit, ſed ea, quæ fidei Chriſtianæ contraria erant, ſuſtulit, Landrecht *lib. 1. art. 18. Petr. Heig. Qq. jur. part. 1. q. 1. n. 60.* Et laudandus Stephanus Rex Poloniæ, qui nobilium inveteratam conſuetudinem, quâ cædem exiguâ pecuniâ reluebant, abrogavit. *Henning. de Reb. Livon. Treutl. 1. diſp. 1. th. 9. b. Heig. p. 2. q. 24. n. 42. Covarruv. 2. var. reſol. 9. n 2.* Nec facilè contra jus divinum quippiam admittendum eſt; ut, Vtrum Papa de gradib. in jure divino, *LeVit. 18. V. 6. & ſeqq. rurſus c. 20. V. 11. & ſeqq.* prohibitis, diſpenſare valeat? in Negativam proniores ſimus,

De

De qua controverſia, vide Petr. Martyr, L. C. cl.2.cap.10.§.48. Treutl.2. diſp. 6.th.2. g. Beſold.1.polit.2.§.38 n.2. Schneidvv. Inſt. de Nupt. c.de Arbor.affinit. n.22. Reinck.l.2. cl.2. c.2. num.7. Pruckman ad §.ſoluta poteſtas.c.4. m.1. eff.2. Thom.Sanchez 8.de Matrim. diſp.6. per tot.& n. 10. ubi & lib. 7. diſp. 52. nu. 6. omni tamen molimine tendit in contrarium. quia leges hæ morales ſunt, per ea quæ Ezechiel. 22. v.9.10. Amos. 2. v.7. tradit, ad quarum obſervantiam perpetuò tenemur, Theologi communiter & Zepper de LL. Moſaic. Hænon. diſp. polit.1.th.1. Althuſ. polit.c.1. n.29. Reinking. 1. de Regim. cl.2. c.2. num.5. De Ceremonialibus facilius eſt judicium, ut quarum vigor, ex quo Chriſtus exhibitus eſt, ceſſat; Althuſ. polit.c.21. n.25. Reinking.d.c.2. n.10. Nec ligant nos judiciales, niſi quatenus ratione morali perpetuâ nituntur, de quo vid. Schonb. 3 polit. 1. Hænon. diſp. polit.1. th. 20. Althuſ. d. c. 21. n.37. & ſeqq. Cruger. diſp. polit. 7. th. 10. Reinking. l.2. cl. 1. cap.3. Binsfeld de Injur. & damn. dat. c.1. q.1. pag. m. 40. & ſeqq. Ayrer. proceſſ hiſt. p.2. c.10. obſ.1. n 8. Quomodo aliâs jus divinū ſeptem modis ſumatur, vid. Paul. de Citadin. de jure patron. part.1. n.6.

(b) Ius naturale eſt, quod Natura hominem, ut cæteras animantes, ſine magna ratiocinatione ſequi voluit, arg. pr. Inſt. de I. N. G. & C. ubi Weſ. Cujac. & Dd. communiter. Ius Gentium, quod ex ratiocinatione hominum ferè omnium, Vultei ad dict. princ. n.2. communi applauſu receptum & obſervatum eſt, arg. §.1. Inſt. de I.N.G. & C. Dn. Vultei. d. loc. n.4. Et reipſa inter ſe differunt, Dn. Ant. Matth. colleg. Inſt. diſp.1. th.13.14 Dn. Vultei. d. n.2. quamvis haud rarò confundantur, Enenkel. l.1. c.8. n 44. Dn. Vultei. d. n.2. Vtrumq; verò Principem extra civitatem, non ut Principem, ſed ut animal & hominem conſiderat, per ea, quæ tradit Coraſ. ad l.1. §.2. ff. de I. & I. n. 13. Beſold. 1. pol. 2. §.38. n.1. Petr. Gregor. in method. jur. lib. 2. cap.3. l. quod attinet. 32. ff. de R. I. l. 12. in fin. ff. de Accuſat. cap. 1. & c. non licet. Diſt. 10. & prudentiâ Divina conſtitutum æquè imperantes ac ſubditos concernit, Beſold. d. §. 38. imò magis, Petr. Vanderan. de Privil. credit. c. 1. quod quoq; Populus Rom. violare nequivit, §. pen. Inſt. de I.N.G. & C. nec igitur plus juris in Imperatorem ſuū transferre, l. nemo. 54. ff. de R.I. adeoq; eo Princeps ſtringitur, §. ſed hodie 1. §. minor. 4. Inſt. de Adopt. l. ubi pugnantia. 188 §. 1. ff. de R I. Gothof. Anton. diſp. feud. 1. th. 1. b. Caſp. Coch. de Regal. dign. th. 154. Beſold. d. §. 38. Schonb. 3. polit. 5. illuſtr. Enenkel. l.1. c.8. n.20. & ſeqq. n.50. & ſeqq. per tot. plurib. Bald. conſ. 267. col.2. lib.1. & conſ. 475. lib.4. nec vel juri Naturali, l. quod non ratione. 39. ff. de ll. arg. l. filius qui. 15. ff. de Condit. Inſtit. Nov. 134. c.1. in fin. Coraſ. de art. jur. part.2. c.17. vel huic Gentium contrarium ſtatuit, arg. §. pen. Inſt. de I.N.G. & C. & ſi quid ſtatutum, id nullum eſt. l. ab incolis. ult. C. de Inceſt. & inutil. nupt. l. legem. 7. in fin. C. de Naturalib. lib. Clem. 1. de Teſtib. Carbo de ll lib. 9. diſp. 7. n.5. Rosbach in prax. criminal. tit.5. cap. 14. n.13. Cormer. in Cod. Henr. IV. lib.1. c.2. §.9. Camill. Borrell. 2. de Magiſtr. edict. c.1. nec cōtra hæc pietatis honeſtatiſq; præcepta ullū omnino jus, ullave licentia uſu acquiri aut præſcribi unquam poteſt, ſicuti ex Balbo part. 1. part. princ. 6. caſ. n.2. & 8. & p. 1. p. pr.5. q.16. probat Henric. Gebhard. in tr. de uſucapionib. c.1. §.3. n.3. Apparet igitur quo numero habendum ſit illud Græcorum, quod infantes deformes abjicere & exponere ſunt ſoliti, Plutarch. in Lycurgo. Alex. ab Alexand. 2. genial. dier. c.25. Hinc quoq; nec defenſio ſui à principe tolli poteſt, arg. l. vim vi. 3. ff. de I. & I. l. 4. in pr. ff Ad l. Aquil. l.1. §. vim vi. 27. ff. de vi & vi armat. cum ſimilib Enenkel. l.1. c.8 n.28 nec citatio parti adimi. clem. paſtoralis. in fin. de ſentent. & re judic. Dd. in l. nam ita Divus. ff. de Adopt. Ilico Vmmius

*diſp. ad proceſſ. 5. th. 5. n. 23. Boſsius. prax. tit de citat. n. 13. Rosbach in prax. civil. tit. 22. n. 43. Boër deciſ. 247. num. 7. Mynſing. 6. obſ. 6. n. 2. Schurff. conſ. 9. n. 1. cent. 2.* Hinc non venit in privilegium, quod turpe & contra bonos mores eſt, *l. 15. ff. de Condit. Inſtit. Angel. & Iaſon. §. ſed & quod Principi. Inſt. de I. N. G. & C. Bart. ad l. ult. C. ſi adverſ. jus vel util. publ. Camill. Borrel. 2. de Magiſtr. edict. 4. per tot.* quod ipſum duorum generum, *arg. eorum, quæ tradit Donell. ad l. pacta. 6. num. 5. & ſeqq. C. de pact.* & utrumque illicitum eſt, SIVE expreſſe & per ſe peccatum importet, *l. generaliter. 26. cum ſeq. ff. de V. O. l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. ff. de pact. l. non dubium. 5. C. de ll.* Quò ſpectat remiſſio pœnæ delicti nondum commiſſi, quæ de jure improbatur, *l. ad ſplendidioris. 7. C. de Diverſ. offic. lib. 12. Enenkel. l. 1. cap. 6. num. 2. Dn. Roſenthal. c. 10. concl. 38. num. 69. ubi plurib.* Tale eſt jus, quod Domini locorum in Galliis olim ſibi vendicabant in novas nuptas, *Papon. lib. 22. t. 9. arreſt. 18. fol.* 1272. Tale apud Taxillos inopis virginis Privilegium, quo nuptura cum tuba & claſſicis in forum prodibat, &, veſte ante & pone ad humores uſq; elevatâ, maritum è cœtu pro lubitu eligebat, *poſt Strabon. lib. 15. Geograph. Anton. Guibert. tract. de Dotib. cap. 3. num. 22.* SIVE per ſe quidem turpe non appareat, det tamen anſam & invitet ad delictum, uti materia pactorum exempla abunde ſuppeditabit, *vid. l. ſumptus. 53. ff. de pact. l. illud convenire. 5. §. 1. ff. de pact. dotal. l. ſtipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O. l. fin. C. de pact. Dn. Roſenth. cap. 6. concl. 23. num. 2.* Ita dolus de futuro remitti nequit, *l. ſi unus. 27. §. pacta 4. ff. de pact. L. contractus. 23. ubi Dd. uno ore. ff. de R. I. Roſenthal. d. concl. 23. num. 1. Gail. 2. obſ. 145. num. 3.* Talia ſunt, quibus pii montes Romæ ſuſtentatur, *Beſold. 2. polit. 4. §. 30.* Talia ſunt Romæ & Venetiis indulta lupanaribus, *l. 4. §. 3. l. 5. ff. de condict. ob turp. cauſ. Vid. Petr. Martyr. L. C. cl. 2. cap. 11. Schonb. 3. polit. 13. Beſold. 2. polit. 1. §. 13. Enenkel. lib. 1. cap. 8. num. 18.* Quæ & qualia in diſpoſitionem Principis venire non debent, ſed ad monitum Guntheri Ligurini *lib.* 8. Quicquid ſtatuiſſe libebit, Vtile ſit, juſtum, naturæ, moribus aptum, Temporis atque loci patiens, & prorſus honeſtum. *de quo plurib. concluſ. 30.* Quibus quod contrarium, non tolerandum eſt. Proprium enim Regis eſt, malos mores uti gangrænam tollere. *Patrit. de Regn. lib. 8.* Nec erit tantum periculi à contagioſis morbis, quàm à moribus improbis & conſuetudine barbara. *Plutarch. in Lycurg.*

(*c*) Certum tamen eſt, poſſe principem certis de cauſis, eiſque publicis, Legem divinam interpretatione declarare, juvare & diſtinguere, *Dn. Henric. Bruning. diſp. de ſtatut. 2. concluſ. 2. Mynſ. conſ. 21. num. 66. & l. 5. Obſ. 97. num. 2. Ioan. Coraſ. de arte jur. part. 2. cap. 17. ubi hoc optimè exemplificat,* quòd quamvis jus divinum occidere vetet, *Exod. 20. verſ. 13. Deut. 5. verſ. 18.* transfugas tamen hoſtes & patrię proditores, etiam parentes interficere liceat, præmiumque ideo ſortiri, *L. minimè. 35. ff. Religioſ. L. amiſſiones. 5. §. 1. ff. de Capit. minut. l. poſtliminium. 19. §. filius. 7. ff. de Captiv. & poſtl. Pruckman. ad §. ſoluta poteſtas. cap. 4. m. 1. eff. 1. num. 7.* Sic marito conjugem, *per L. ſi adulterium. 38. §. imperator. 8. ff. Ad l. jul. de adult. leg. 4. C. de Adult. Matth. Steph. 1. de juriſdict. cap. 1. num. 69. Tiraq. de Pœn. cauſ. 1. num. 3.* patri filiam, in adulterio deprehenſam de jure civili fas eſt necare, *l. patri. 20. l. nec in ea. 22. cum l. ſeq. ff. ad. l. jul. de adult. leg. 1. §. fin. ff. de Liber. exhib. Covarruv. de Sponſal. part. 2. cap. 6. num. 2.*

*Damh.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0036-1

*Damboud.prax.crim.cap.*80.*num.*15. & *ſeq.Chaſſan.ad conſuet. Burdigal.rubr.* 4.§.1.*num.*20. Ita jus Civile, Canonicum, Saxonicum & alia municipalia nonnunquam à jure divino diſcrepare, imò & quodammodo pugnare videmus, *vid. Matth. Steph.* 3. *de Iurisd. in præfat. pag. m.* 13. Identidem Princeps de cauſis rationabilibus, ſi modò ipſa principia non infringantur, contra jus tam naturale, quàm gentium, concluſionibus, applicationibus & declarationibus, venire poteſt, *arg.l.bona fides.*31.*ff.Depoſit.Beſold.*1.*polit.*2.§.38.*num.* 3. *Io. Co-ras.de arte jur.part.*2.*cap.*17. *Covarruv.ad c.peccatum.* §. 11. *num.* 3. *Tapia ad rubr.de Conſt.princip. c.*1.*num.*44. & *ſeqq. Menoch.conſ.*100.*num.*105. *Mynſing.* 5. *obſ.* 97. *num.* 3.

## *CONCLVS. XIII.*

Princeps nec leges Fundamentales regni infringere (*a*), aut in magnum Reip. præjudicium quicquam alienare (*b*), utilitatemve publicam labefactare valet (*c*).

(*a*) Rectè Lucanus *lib.* 8. Metiri ſua regna decet, viresque fateri: Nec enim ullum in mundo imperium eſt, quod non ſaltem tacitè, ſi non expreſsè, certis capitulationibus & legibus ſit vallatum, *Reinking.* 2. *de Regim. claſſ.*2.*cap.*6. *VVaremund. ab Erenberg.* (*aliâs Eberhardus à VVeihe*) *de Regn. ſubſid.cap.*11. uti in imperio Romano notoria obſervantia teſtatur, *Buxtorff. ad Aur.Bull.concl.*7.*lit.d.* & *ſeqq.* Hiſce igitur dominandi legibus ſolutus princeps non eſt, *Schonborn.*5.*polit.*8. *Gothofred. Anton.diſp.feud.* 1. *theſ.* 1. *b. Zach. Vietor.de Exempt.concl.*35. *circa fin. Beſold.*1.*polit.*2.§.5. *Buxtorff. d.concl.*7.*ferè per tot.* ſed iisdem æquè ac quilibet privatus obſtrictus eſt, *Bodin.* 1. *de Rep.* 8.*num.*88. *Ant.Coler.de Iur.imperij Germ.th.* 32. 33. *Caſp. Coch. de Regal. dign. theſ.*138. *Enenkel.*1.*de Privileg.*8.*num.*62. *Thom.Cormer.in Cod.Henr. IV. lib* 7. *cap.*2.§.9. *Petr.Gregor.*7.*de Repub.*10.*num.*1. *Matth. Steph.* 2. *de Iurisd. part.*1. *cap.*1.*m.*2.*n.*40. *ubi n.ſeq. cum Dauth.ad l.*3.*C. de Teſtam. n.* 2. & 5. *concludit, hinc principem contra ordinationẽ Cameræ, privilegium dare non poſſe. Apud citatos plauſtra allegatorum invenies,* Proinde ſicuti leges & ſtatuta in præjudicium jurispublici vel ſuperioris condi nequeunt, *c. cum inferior.* 16. *de Major.* & *obed.* ita nec privilegium, *l.*3.C.*de Precib.Imp.offer.Beſold.d.c.*2.§.5.*n.*1. *Enenkel. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14.

(*b*) Quamvis enim Imperator Orbis dominus audiat, *l.* 9. *ff. ad L. Rhod.de jact.l.fin.*C.*de Quadr.præſc. De quo axiomate ſupra ad concl.*6. *a. l.* & *Caſp.Coch.de Regal.dign.theſ.*231. *Beſold.*1.*polit.*1. §. 35. *num.* 1. & *cap.* 2. §. 22. *Reinking.*1.*de Regim. claſſ.*2.*cap.*8.*num.*81. & *claſſ.*3.*cap.*13.*num.*8. *Vasq.*1.*illuſt. controv.* 20. *Nolden de Nobilit. theſ.* 14. 16. *Ayrer part.*2.*cap.*9.*obſ.*1. *n.* 1. & 33. Intelligendum tamen hoc, ut publicæ res ejus ſint tantum quoad adminiſtrationem, jurisdictionem & protectionem, *Dd.citati* & *Reiffenrat. diſp. de jure fiſci.cap.*3.*num.*2.*volum.Baſil.*6. *Enenkel.*3.*de Privileg.*5.*num.*38. *Gail.*1.*de P.P.* 11.*num.*4. & 5. nec modò dominus & arbiter rerum, ſed & tutor & adminiſter ſit. *Lipſ. in præfat. polit.* cui bona dotis loco, quoniam Princeps maritus Reip. cum qua dicitur matrimonium morale contrahere, *Lucas de Penna in l. quicunq;* C.*de Omn.agro deſert. lib.*11. *citatus à Pacio in reſp. de Domin. maris Hadriatici pag. m.* 25. proinde ita adminiſtrare debet, ut acceſſio fiat; unde Impp. Auguſti, zu allen zeiten Mehrer deß Reichs appellantur, *Dd. ad tit. proœm. Inſt. Dn.*

Cluten in Syllog. th. 17. c. Henr. Bruning. de jure univerſ. th. 6. a. Buxtorff. ad Aur. Bull. concl. 2. m. alienatio verò conceſſa non eſt, Reinking. 1. de Regim. cl. 2. cap. 8. num. 81. impotentia enim potiùs, quàm poteſtas foret, diminuere imperium, Beſold. 1. polit. 2. §. 6. n. 1. Vsque adeò ut nec infeudati in grave imperii detrimentum vergens, Dn. Vultei. 1. de Feud. cap. 5. num. 15. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. theſ. 3. c. Schneidevv. de Feud. part. 1. num. 32. Dn. Cluten. in Syllog. theſ. 17. Rol. à Valle conſ. 1. num. 107. usq; ad num. 128. lib. 2. Everhard. in Top. loc. 11. num. 17. Vasq. 1. illuſtr. controv. 5. num. 4. 24. Dn. Roſenthal. cap. 5. concl. 10. n. 3. 4. licet juramento confirmata, c. intellectò ubi CC. de jureiur. & in c. grandi de ſup. negl. prælat. vid. Schurff. conſ. 62. num. 8. cent. 3. Til. de Benign. deciſ. Cameral. ſyntag. 2. dec. 4. vot. 2. Dn. Cluten. d. th. 17. f. nec ad pias cauſas diſpoſitio, Danth. de Teſtam. num. 255. teneat. An verò moderni Impp. bona imperio aperta redinfeudare queant vide de capitulationibus noviſsimis, Caroli V. Sleidan. hiſtor. lib. 1. Ferdinandi II. artic. 26. & 27. & Schonborn. 5. polit. 8. Thom. Michael. concl. 13. b. Buxtorff ad Aur. Bull. concl. 87. i. Caſp. Coch. th. 49. & ſeqq. theſ. 242. Beſold. 1. polit. 8. §. 8. Cruger. diſp. polit. 5. theſ. 8. Matth. Steph. 2. de Iurisd. part. 1. c. 1. m. 1. num. 83. & 98. Dn. Roſenthal. cap. 5. concl. 12. num. 3. & cap. 10. concl. 38. n. 32. Imò Princeps ſubditos invitos alienare aut transferre nequit, cap. 1. §. ex eadē. 1. de Leg. Corrad. arg. Nov. 149. cap. 3. Nov. 161. cap. 2. Gothofred. Anton. diſp. feud. 9. th. 6. c. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 19. eleganter. Tapia ad l. fin. part. 2. c. 9. n. 40. de Conſtit. princip. Bronchorſt. 4. aſſert. 87. Treutl. 1. diſp. 2. theſ. 3. f. Magerus de Advocat. cap. 6. num. 297. Bart. Muſcul. de confrat. th. 19. & ſeqq. vol. Baſ. 1. Dn. Roſenthal. cap. 3. concl. 21. num. 5. Cravetta conſ. 241. num. 6. Si tamen in dominum parem vel æqualem fiat alienatio, Heig. d. q. 19. num. 42. & ſeqq. aut permutatio, idque utilitatis publicæ causâ, pronior ſum ad affirmativā, per ea, quæ tradit Pruckman. ad §. ſoluta poteſtas. cap. 4. m. 2. eff. 6. Lud. Molina de Primog. Hiſp. lib. 4. cap. 4. num. 1. & ſeq. num. 7. & 8. Alioquin Respubl. major principe, Beſold. 1. pol. 2. §. 5. n. 2. quod quomodo intelligendum, vide eundem Dn. Beſold. 1. polit. 2. §. 37. num. 9. Dn. Henr. Schreiber diſput. de Appellat. concl. 48. Reinking. 1. de Regim. claſſ. 5. cap. 9. per tot: nec privatorum (ſicuti hoc loco Princeps æſtimandus, per ea quæ ſupra concl. 12. b.) facta contra jus publicum ſtringunt, l. jurisgentium. 7. §. 14. l. 38. ff. de Pact. l. 3. in pr. ff. de Transact. l. neq; 45. ff. de R. I. c. ſi diligenti. de For. compet. Minùs igitur ipſam ſummam poteſtatem à ſe pro lubitu abdicare poterit. Dn. Roſenthal. cap. 5. concl. 11. Car. Tapia ad rubr. de Conſtit. princip. cap. 4. num. 16. ubi coacervatim allegat.

*inter alios Laur. Kirchoff. conſil.* 14. *n.* 42. *inter conſil. ICtor. Germaniæ tom.* 2. *pag.m.*90. (*f*) Quamvis Doctores etiam vocentur Magiſtri, & contra *in proœm. compilat. Decretal. l. magiſtros. C. de Profeſſ. & Med.* Moderno tamen tempore hic titulus philoſophis ut plurimùm tribuitur. *Matth. Steph.* 3. *de Iurisd. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 87. ubi ætati Lotharii Imp. hoc defert. *n.* 58. Eſtque Doctorali inferior, *Matth. Steph. d.c.* 14. *n.* 90. *& ſeqq. ut & monet. Reineking.* 1. *de Regim. claſſ.* 5. *cap.* 11. *num.* 38. Nihilominus eorum creatio inter Regalia venit, *Beſold.* 1. *pol.* 4. *§.* 48. *Cluten in Syllog. th.* 21. *f. Sixtin.* 1. *de Regal.* 2. *num.* 29. Quò an Baccalaureatus quoque referendus ſit inter Dd. controvertitur. *Vid. Bachov. ad Treutl.* 1. *diſp.* 1. *pag.* 28. *Beſold.* 1. *polit.* 12. *§.* 42. *num.* 1. ubi etymon quoque examinat, *& Matth. Steph. d.c.* 14. *n.* 107. *& ſeqq.* (*g*) Poëtæ lauro coronantur, *vid. Matth. Steph.* 3. *de Iurisd. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 113. *& ſeqq.* Eſtq; de jure majeſtatis, *Sixt.* 1. *de Regal.* 2. *n.* 30. *Beſ. d. §.* 48. Hodiè tamen inclytæ Academiæ Argentinẽſi quoq; tributum. non igitur eos (cum Platone) è repub. ejiciendos puto, *vid. Schonb.* 3. *pol.* 43. *Beſold.* 1. *pol.* 1. *§.* 18. *num.* 1. (*h*) Notarii; aliâs Tabelliones, Tabellarii, ſervi publici. &c. dicti *Matth. Steph.* 2. *de Iurisd. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. *& ſeqq.* ab Imp. ejusve indulgentia ſpeciali authoritatem ſuam habent, *Beſold. d.c.* 4. *n.* 49. *Steph. d.c.* 5. *n.* 4. 9. *Cluten in Syllog. theſ.* 20. *lit. h. Sixtin. d.c.* 2. *n.* 35. *Borcholt. in c. unic. Quæ ſunt Regal. n.* 4. *Roſenthal. cap.* 5. *concl.* 2. *num.* 4. *g. Mager de Advocat. cap.* 17. *num.* 231. ab inferioribus principibus aut univerſitatibus creati ſine ſpeciali ſummæ eminentiæ permiſſu, extra diſtrictum creantis, officium ſuum exercere nequeunt. *Matth. Steph. d.c.* 5. *n.* 8. *Gail.* 2. *obſ.* 71. *n.* 13. Privilegium creandi notarios cum formula habet Sattler *in theſaur. notarior. part.* 5. *cap.* 3. *& part.* 1. *c.* 16. *Philipp.* Meiſter *in ſpeculo notarior. part.* 2. *pag. m.* 27. 33. (*i*) *l.* 2. *§.* 47. *ff. de Orig. jur. l. un.* C. *de Stud. liberal. l. un. C. de Profeſſ. qui in urb. Conſtant. Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib.* 7. *t.* 1. *c.* 2. *§.* 26. *Garſias Maſtrill.* 3. *de Magiſtrat.* 10. *num.* 82. *Schonborn.* 5. *polit.* 17. *Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 48. *& c.* 12. *§.* 31. *num.* 4. *Sixtin. d.c.* 2. *num.* 26. *Vultei.* 1. *de Feud.* 5. *num.* 7. *Gothofred. Anton. diſp. feud.* 3. *theſ.* 6. *k.* cumprimis ad profeſſionem juris. *Martin. Laudenſ. de Repreſſal. num.* 44. Non tamen hîc Papæ authoritas neceſſariò requiritur, *Schonborn. d. c.* 17. *Caſpar. Coch. de Regal. dignit. th.* 73. *Matth. Steph.* 3. *de Iurisd. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. *& ſeqq. de quo & ſupr. concl. Beſold. cap.* 12. *§.* 31. *num.* 4. Catalogum Academiarum pertexuêre, *Schonborn.* 4. *polit.* 4. *Lanſius in conſultat. pro German. pag. m.* 30. *Cruger. diſp.* 8. *polit. theſ.* 21. *Henslerus de Cura relig. th.* 44. *Vol. Baſil.* 4. *Alſted. in Scholaſt. Encyclop. lib.* 19. *cap.* 13. *pag. m.* 2718. *Matth. Steph.* 3. *de Iurisd. part.* 2. *cap.* 14. *ad calcem pag. m.* 134.

## *CONCLUS. XIX.*

Ita aliâs Principis eſt, Fidelitatem ab omnibus exigere (*a*), Fœdera ſancire (*b*), Bellum decernere (*c*), Pacem facere (*d*), Repreſſalias concedere (*e*), Arces & fortalitia exſtruere (*f*), Armamentarium & fabricas armorum habere (*g*), Vias publicas tenere (*h*), Salvum conductum dare (*i*), Poſtas ordinare (*k*), Legatos mittere (*l*), jus dandæ linguæ (*m*), & primariarum precum habere (*n*).

Imperator

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0050-9

(*a*) Imperator jus radicatum habet in omnibus, indeque illi jus advocatiæ ſive homagii competit, *Beſold.1.polit.4.§.7. Reineking.1.de Regim.cl.2.cap.2.num.99. Magerus de AdVocat.cap.6. & cap. 16. n.48.55.* nec ei quippiam derogari poteſt, *Magerus d. loc. num. 56. & ſeqq.* (*b*) *Beſold.1.pol.4.§.28. & 2.pol.6.§.8. Dn.Rem.Feſch. de Fœderib.concl.5.b. arg.l.5.ff.de Pact. Ant. Coler.de jur.imp.th. 28. Warem. ab Erenberg 1. de Fœderib. 2. Cormerius in Codice Henrici IV. lib.7.c.2.§.35.* id quod tamen ſtatibus imperii non denegatur, *Beſ. d.c.6.§.9. Dn.Feſch.d.loc. Schonb. 4.pol.36.* (*c*) Ad bellum legitimum authoritas Principis cumprimis requiritur, *l.17.C.de Re milit.lib. 12. c. quid culpatur.23.q.1. Ant. Coler.th.28. Melch.Iun. Qq.pol.68.69. Herpfer.in præcept. pol. §.tertio.vol.Baſil.2. Cruger.diſp.5.th.23. pol.ult.th. 61. Beſold. 1. polit. 4. §. 24. & 2.pol.7.§.21. Schonborn.5.polit.12. Thom.Lanſius de l.Regia th.102. Richard. Dieter. de Majeſt. theſ. 94. Caſp. Coch. de Regal. dignit. th. 41. Reineking. 2. de Regim.claſſ.3.cap.1.num.9. & allegat. lib.1.claſſ.2.cap.2.num.15. Thom.Cormerius in Codice, Henr. IV. lib.7.c.2.§.35. Garſ.Maſtrill.3.de Magiſtr.10. num.165.* Indeque qui arma ſine Principis juſſu ſumit Majeſtatis reus habetur, *l. 3. ff. Ad L. Iul. Maj. Gail.1. de P.P.4.n.9. Reineking.d.c.1.n.11. ubi n.* 12. de jure noviſſimo aſſerit, pacis publicæ eum fieri reum, *vide & Buxtorff.concl.ad Aur.Bull.* 100. Statibus Imperii tamen hoc neceſſitatis tempore communicatum, *Reineking.d.loc.n.18. & ſeqq.* Cæteroquin nec ipſe Imperator niſi communicato cum ſtatibus conſilio hodie rectè arma ſumit, *Reineking.1.de Regim.cl.2.c.2. n.134. & ſeqq.* (*d*) Qui incipere bellum, idem quoque finire poteſt nimirum ſola Majeſtas, *Beſold.d.c.4.§.27. Bodin.5.de Repub.6. Schonb.6.pol.38. Cruger.diſp. pol.ult.th.50. Ninmerus de Regal.th.5.d.* (*e*) Repreſſaliæ belli quædam ſpecies ſunt, *Heig.1.q.12.n.1. & ſeqq.* adeoque non niſi à ſuperiorem non recognoſcente decernuntur, *Beſold.d.c.4.§.26. Heig.d.q.12. n.52. Vid. Caſp. Coch. de Regal.dign.th.114.115.116. Thom.Cormerius in Codice Henrici IV.c.2.§.39. Martin. Laudenſ.tr.ſing. Friderus Mind.1.de Proceſſ.in Cam.extrah.46. Sixt.2.de Regal. 1.num.31. Gail.1.de Pignor.obſ.1. Weſenb. conſ.46. n.9. & 29.* Conceduntur autem rarius, quinimò adverſus eas facilimè tribuuntur privilegia, *Heig. p. 1. q. 12. num. 4.* (*f*) Ad jura principis ſpectant Muros vallumque fortificare, ſic & arces & fortalitia exſtruere, *Beſold.d.c.4.§.25. Gail.2.obſ.69. n.18. & 1. de P.P.1.num.42. Ant.Coler.de jure imper. Germ.th.26. Cormerius in Codice Henrici IV. lib.7.c.2.§.29.* Quæ ne fiant rurſus prohibere poteſt. *Beſold. 1. polit. 4. §.25. Ant.Coler.d.l.* Sibi ut maneant aperta jubere, die Oeffnung. *Beſold. d. §.25. Angel.in l.1.C.de Litig.* (*g*) *Schonborn.1.pol.14. Beſold.d.c. 4. §. 25.* uti armandias interpretantur, *Dd. in c. un. Quæ ſunt regalia. Gothofred. in not. ibid. per l.pen. C.de Fabricenſ. & Nov.85. Vultei. 1.de Feud. 5. num. 7. Wendland. de Regal. th. 6. a. Vol.Baſil.5. Borcholt.ad d.c.un.n.21 22. Garſ.Maſtrill.3.de Magiſtrat.10.n.260.* (*h*) Viæ Baſilicæ, prætoriæ, conſulares, Freye offene Käyſerliche Landtſtraſſen inter regalia ſunt, *Beſold.1.pol.12. §.4.n.2. l. 2. §. viarum.22.ff. Ne quid in loc. publ. Schneidevv.de Feud. p.2. n.101. ubi Hackelm.lit.n. Wendland. de Regal.th.6.b. Maſtrill.d.c.10.n.* 266. plateæ tamen ſive vici civitatis publici juris non ſunt, ſed univerſitatis. *§. univerſitatis Inſt. de Acquir. rer. dom. Hackelm.d.loc. Weſenb.conſ.33.n.53.54. Beſold.d.loc.* (*i*) Salvus conductus 1. modò κατ᾽ ἐξοχὴν pro eo qui *ex A.B. c.* Electoribus debetur, 2. modò pro ſecuritate mercatorum & iter agentium accipitur, *vide Arumæ.ad A.B.diſp. 1.th. 17.* ſpectat verò ad jura majeſtatis. *l.relegati.4.in fin.ff de Pœn.c.un.Quæ ſint Regal. Schonb.5.pol.25. Beſold.d.c.4.§.28. Thom. Michael.de Iuriſd.th.46. c.* Caſp. Coch.

*de Regal.dign.th.*90. *Mynſ.*5.*obſ.*20.*n.*3. *Gail.* 2. *obſ.* 64. *n.*4. Tartari hominem ſine eo in via inventum, ſibi in ſervitutem vindicant. *L'Eſtat du grand Cham n.*10. *&* 16. Qui verò habentes ſalvũ conductũ lædit, in crimen majeſtatis incidit, *Schonb.*5.*pol.*25. *Dobbercin. in repertor. jur. pag. m.* 487. *Matth. Steph.* 2. *de Iurisd.p.*1.*c.*1.*m.*2.*n.*160. Adveniendum datus, recedendi copiam includit, *Arumæ.diſp.ad A.B.*1.*th.*20. *Gail.*1.*obſ.*52.*n.*5. & ad locum judicii conceſſus etiam ad intermedia loca extendendus eſt, *Arumæ.d.loc.th.* 19. quamvis verò contra jus dari non debeat, *Nov.*17.*c.*5.6.7. P. H. O. *art.*76. Reichs. Ab. *de An.*1570.§. Wir wollen. *Caſp.Coch.de Regal.dign.th.*91. ſtandum tamen promiſſo etiam perduelli, hæretico aut latroni dato *arg.c.noli.*23.*q.*1. *l.* 21. §.*fin. ff. quod met. cauſ. Treutl.*1.*diſp.*6.*th.*2.*a.th.*7.*a.Goclen.quæſt.Eth.*94.95. *Speckhan.cent.*2.*cl.*2. *q.*14. *Philipp.Honor.Theſaur.pol.p.*1.*pag.m.*527. *Norderm.de jure principat.th.*77. *Vol. Baſ.*4. *Beſold.*1.*pol.*3.*n.*31. *Dieter.th.*46. *Lanſius diſp. de Lege Regia th.* 92. *Petr. Martyr.L.C.Theol.cl.*2.*c.*13.§.20. *Reineking.*2.*de Regim.cl.*1.*cap.*2. *n.*13. *Hoenón. diſp.pol.ult.th.*35.*b.* Formulare tradit A. Saur. *pag.m.*303. *& ſeqq.* (*k*) *Schonb.* 5.*pol.*17. *arg.tit.C.de Curſ.publ.conſtit. Th.Michael.de Iurisd.th.* 12. *a.b. Borch. ad c.un.Quæ ſint regal.n.*84. *Caſp.Coch.de Regal.th.*102. (*l*) *Beſold.*1. *pol.*4. §.29. inde legatos violans, lœſæ majeſtatis fit reus. *Schonb.*3.*pol.*27. *pag. m.* 322. *Gail.de Pignorat.obſ.*5.*n.*6. & de jure Canonum, ac putidum membrum è gremio eccleſiæ ejicitur, *c.ſi.quis.*2.*Diſt.*94. *Schonborn. d.l.* (*m*) ut certa lingua tantùm uti liceat, Majeſtatis eſſe cenſetur, *Beſold.*1.*pol.*4.§.54.*n.*2. ita Duci Carinthiæ jam olim conceſſum, ut in judicium vocatus aliâ quàm Sclavonicâ linguâ reſpondere non teneatur. *Mich.Piccart. obſervat.Hiſtorico-Polit.cent.* 1.*narrat.ridic.*7.*in fin.* (*n*) Quibus Imp. omnibus cathedralibus Eccleſiis & Monaſteriis unum nominare poteſt, quem in collegium adoptent, *Beſold.*1. *pol.*3.§.20.*n.*3. *Petr.Gregor.*17.*ſyntag.jur.c.*7.*n.* 21. *Cluten in Syllog. th.* 19. *Caſp. Coch.de Regal.dign. th.*117. *Reinek.*3.*de Regim.cl.*1.*c.*9.*n.*49. *Syring.de Pac.relig. th.* 31. *Vietor de Exempt. concl.* 33. ubi, in Eccleſiis reformatis huic juri locum non eſſe cenſent.

## *CONCLVS. XX.*

Similiter Principi reſervatur jus Civitatis dare (*a*), Palatia habere (*b*), jus archivi impartiri (*c*), Flumina navigabilia reddere (*d*), Portus (*e*), jus Nundinarum [*f*], & ſtapulæ largiri [*g*], Menſuras, pondera, & ulnas conſtituere [*h*], Monetas cudere [*i*], eisdem qualitatem imponere [*k*].

(*a*) *L.unic.C.de Metrop.Beryt. ubi Dd.Innocent.in c.Eccleſiarum.n.*1.*de Offic. & pot.jud.ordin.Caſp.Coch.de Regal.dign.th.*103. *Beſold.*1.*pol.*4. §.54. *n.*3. *Matth.Steph.de Iurisd.p.*1.*c.*1.*m.*2.*n.*114. *Bocer.de Regal.c.* 2. *n.* 237. nec muris hîc opus eſt, *Althuſ.pol.c.*5.*n.*42. *Beſold.*1.*pol.*1.§.14.*n.*4. *Schonb.*1. *pol.* 13. ita in Friſia tres ſunt civitates muris non cinctę, Ilſt/worckum/hindelopen. *L'Eſtat des provincies unies n.* 16. (*b*) *c.un. Quæ ſint regalia. ubi Dd. communiter. Bocer. de Regal.c.*2.*n.*162. & ſunt Palatia ædes ab uſu privatorum exemptæ, ſoliq; Imp. deſtinatæ, *l.nulli.*14.*C.de Offic.rect.prov. l.un.C.de Palat & dom.dominic.* Quæ principis permiſſu inhabitari poſſunt, *l.quicunq;.*17.*C.de Oper. publ.* Talia Aquisgrani, Noribergæ, alibi. (*c*) *Beſold.*1.*pol.*4. §. 23. *n.* 2. cujus quatuor notas refert Ruland. 2. *de Commiſſ.* 5. *cap.* 4. quem ſequitur *Vmmius ad proceſſ. diſp.*

diſp.17.th.2.n.9. (d) Beſold.1.pol.12.§.4.n.1. uſus fluminum licet publicus ſit, non tamen niſi ex indulgentia Principis exerceri poteſt, Schonb. 4. pol. 9. c. un. Quæ ſint regal. vid. Rauchbar. part. 1. q. 23. n. 20. & per tot. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 283. & ſeqq. Inde nec molendina in eo ſine licentia principis exſtrui queunt, l. 24. in pr. ff. de Damn. infect. l. 1. §. non autem. 12. §. ait prætor. 14. §. deinde. 19. & §. jubetur. 21. ff. de Flumin. l. un. in pr. §. ait prætor. 3. & §. ſed etſi. ff. Ne quid in flum. publ. l. quo minus. 2. ff. de Flumin. Beſold. d. loc. Wendland. de Regal. th. 7. a. vol. Baſ. 5. uſus igitur fluminis communis, l. 24. ff. de Damn. infect. l. 19. C. de Aquæduct. Proprietas publica, §. 2. Inſt. de Rer. diviſ. l. 14. ff. de Adq. rer. dom. jurisdictio principis, l. 2. ff. de Flum. Wendland. de Regal. th. 7. d. Schonb. d. loc. ubi, illa à naturali ſuo curſu derivari minùs conſultum ducit, vide & Barth. Keckerm. curſ. philoſoph. diſp. 31. problem. 17. Eraſmum in adag. Iſthmum perfodere pag. m. 794. & Ioh. Pincier. med. in tr. ſing. ad hoc prov. (e) l. portus. 59. ff. de V. S. Wendland. de Regal. th. 7. lit. b. Roſenth. c. 5. concl. 31. n. 1. quòd diſpoſitio principis ſit; ſin per portus intelligas vectigal ſeu portoriũ, ad regalia minora refer, per ea quæ Sixtin. 2. de Regal. 4. n. 11. (f) Nundinæ ſive mercatus ſolemnes à majeſtate ſunt, Schonb. 4. pol. 31. Beſold. d. c. 4. §. 54. l. 1. ff. l. un. C. de Nund. ubi Dd. Petr. Gregor. 4. de Rep. 7. n. 12. Caſp. Coch. de Regal. dignit. th. 97. Ninmerus de Regal. th. 5. g. Vol. Baſ. 1. Cormerius d. lib. 7. c. 2. §. 28. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. c. 10. n. 11. Matth. Steph. 2. de Iurisd. p. 1. c. 1. m. 2. n. 98. Sixtin. 1. de Regal. 2. n. 37. Gail. 2. obſ. 69. n. 25. Sichard. ad l. 1. n. 1. C. de Nund. Nundinas tamen hebdomadarias pro lubitu ordinarius magiſtratus conſtituere & mutare poteſt, Caſp. Coch. d. loc. th. 101. Sichard. ad rubr. C. de Nundin. num. 3. Teſſaur. deciſ. 264. n. 4. (g) Beſold. d. c. 4. §. 54. Caſp. Coch. de regal. dign. th. 102. Quale jus ex antiquo habent Dordrechtani. Guicciardin. in Hollandia pag. m. 295. (h) Beſold. 1. pol. 4. §. 53. Petr. Gregor. 9. de Rep. c. 1. num. 31. Clapmar. de Arcan. Rerump. 1. c. 16. Quæ autem ulnarum & menſurarum diverſitas ſit, vid. Petr. Gregor. 36. Synt. jur. c. 1. n. 12. (i) Fabricandi monetam jus inter Regalia majora eſt, Schonb. 4. pol. 30. Beſold. 1. pol. 4. §. 50. Cruger. diſput. pol. 5. th. 26. Caſp. Coch. de Regal. dign. th. 54. Buxtorff. ad A. B. concl. 92. Sixtin. 1. de Regal. 2. th. 38. Ninmer. de Regal. th. 5. 6. Dieter. de Majeſt. th. 132. Anton. Hanffman. diſp. de Re monetar. th. 4. lit. b. c. vol. Baſ. 1. & th. 6. Tapia ad l. fin. ff. de Conſt. princip. p. 1. c. 2. n. 59. Niel. diſp. feud. 11. th. 5. a. Boſsius in prax. ad tit. de Monetis. n. 1. Cormerius d. lib. 7. c. 2. §. 32. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtr. 10. n. 139. Quod tamen ſtatibus imperii, ſed ſub ſigno imperii conceſſum, Beſold. §. 52. Schonb. d. loc. Hanffman th. 10. multis, adeoq; privatâ authoritate monetam vel cudens vel minuens, licet titulo principis, læſæ majeſtatis reus vivus flammis datur, domusque ejus in qua cõmiſſum crimen, publicatur, l. 1. & 2. ubi Dd. C. de Falſ. monet. Borcholt. ad c. un: Quæ ſint regal. n. 56. Reinh. Merckelbach. de Retract. th. 18. Vol. Baſ. 3. Boſsius in prax. tit. de Falſ. moneta. pag. m. 340. Treutl. 2. diſp. 32. th. 8. e. Scheplitz. prompt. jur. tit. 45. §. 12. M. Abr. Saur. in faſcic. conſtit. de Pœnis loc. 7. pag. m. 30. Sed hoc jus alteri conceſſum nullo modo rurſus vel alienari vel etiam locari poteſt, R. A. de An. 1548. §. Damit aber nicht. R. A. de An. 1551. §. So haben wir uns auch. R. A. de An. 1598. & 1603. Caſp. Coch. d. diſp. th. 58. 59. Sixtin. 2. de Regal. 7. n. 142. cujus contraria obſervantia fundi noſtri calamitas &c. (k) id eſt, quantum metalli miſcendum ſit conſtituere, Beſold. d. c. 4. §. 51. aut valorem augere, minuere. Beſold. d. §. 50. Non tamen ſemper requiritur metallum. Nam in inſula Loanda, regno Tombatto, atq; aliis Indiæ Orientalis locis, pro auro conchis & cochleis marinis in mercibus comparandis utuntur: hæ ipſæ tamẽ

inter regalia inibi ſunt. Vide oper in deſcript. Indiæ Orient. part. 1. c. 4. lib. 1. pag. 8. & 9. ubi teſtatur, alibi etiam Chartam regio ſygillo ſignatam, alibi corticē arboris Gelſomoro ab incolis dictæ, pecuniæ vicem agere. Sed de his & ſimilibus plenius tractat Hanſſman in laudata diſput. de Rennumar. th. 14. Volum Baſil. 2.

## CONCLVS. XXI.

Non minus Maieſtatem ſapiunt: Veniam ætatis concedere (a), Legitimare (b), Noxæ eximere (c), Famæ reſtituere (d), Aſyla ponere (e), Abſolvere à juramento quoad effectum agendi (f), Moratorias inducias indulgere (g), Immunitatem à collectis & à muneribus publicis tribuere (h), Alia ſimilia innumera (i).

(a) Quod tum dicitur facere, quum Minores ad contrahendum habilitat, l. 1. l. 2. in pr. l. ult. C. de His qui ven. ætat. vid. Schonb. 5. polit. 18. Beſold. c. 4. §. 14. Reineking. 1. de Regim. cl. 3. cap. 12. num. 51. Sic infantem ex beneficio Principis poſſe eſſe militem, vult Iacob. Alvar. in c. 1. Quo temp. mil. uti eum citat Gothofr. Anton. diſp feud. 8. th. 3. a. jura civitatis Bremenſis, ſtatut. 17. veniam ætatis concedunt fœminis, ætatis anno 15. maribus 18. ex l. 2. C. de His qui Ven. ætat. impe. Cypræus tamen de ſponſalib. cap. 6. §. 10. num. 12. viris à 20. anno ad quintum uſq; & viceſimum: Fœminis verò à 18 ad 25. veniam ætatis vult concedi, ex Harmenop. lib. 1. tit. 12. & lib. 4. tit. 2. §. de impetranda ætatis Venia. Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. cap. 2. §. 24. Et ſic habilitati in omnibus pro majoribus reputantur, L. ſi actor. 10. C. de Appel. l. ult. C. ſi major. fact. alienat. fact. ſui. decr. &c. & ceſſat in integrum reſtitutio ob lœſionem, l. 3 in pr. ff. de Minor. l. 1. C. de His qui Ven. ætat. Immobilia tamen ſine decreto nec alienare, nec hypothecæ dare poſſunt, l. pen. C. de His qui Ven. ætat. impetr. l. ult. C. ſi Maj. fact. vendit. fact. ſine decr. rat. hab. Dec. conſ. 39. Rol. à Valle conſ. 7. num. 17. niſi etiam princeps alienationem expreſsè indulſerit, l. 2. C. Quand. decret. opus non ſit, aut ex conventione parentis aliud deſcendat, l. 1. C. Quand. decr. op. non ſit. Caſp. Coch. de Regal. th. 82. Exemplar veniæ ætatis vide apud Saurn in formulari pag. 125. (b) Legitimare per reſcriptum extra legitimum thorum natos Majeſtati ſoli convenit, arg. l. 3. ff. de Natal. reſtit. l. qui in provincia. 57. §. 1. ff. de Rit. nupt. Nov. 89. c. per Venerabilem. 13. Qui fil. ſint legit. Schonb. 5. polit. 18. Beſold. 1. pol. cap. 4. §. 13. Wendl. de Regal. th. 3. f. Caſp Coch. th. 79. Gail. 2 obſ. 142. Sixtin. 1. de Regal. 2. num. 20. Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. c. 2. §. 23. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 32. Tapia ad rubr. de Conſt. princ. cap. 3. tria præſupponit, 1. ut per ſubſequens matrimonium legitimari nequeant, num. 44. 2. ut tam pater quàm filius, conſentiat, num. 46. 3. ut pater careat naturalib. & legitimis liberis, num. 45. in hoc ultimo tamen ſubſiſto. Formulam legitimationis reperies apud Sattlern in Theſaur. notarior. part. 5. cap. 5. (c) Criminis admiſſi gratiam ſolus facit Imperator & poſt ſententiam pœnam mutat. l. relegati. 4 l. ad beſtias. 31. in fin. ff. de Pæn. l. 1. §. de qua autem. 10. ff. de Poſtul. ubiq; Dd. Beſold. d. cap. 4. §. 11. Caſp. Coch. th. 70. Hensler. de judic. th. 24. volum. Baſil. 4. Richard. Dieter. de Majeſtat. th. 128. Heigius p. 2. q. 22. & 24. Reineking. 1.

de

de Regim. cl.5. cap.6. num. 24. & lib. 2. cl. 1 cap. 8. num. 540. & ſeqq. Cormerius in Codice Henrici IV. lib.7. cap.2. §.16. Boſsius in prax. tit. de Remed. ex ſola clem. princ. num.51. & in tit. de citat. n. 39. Tapia ad rubr. de Conſtit. princ. c. 3. num.2.3. Ninmer. de Regal. th.5. e. Iul. Clar. lib.5. recept. ſent. §. fin. q. 59. n. 2. Alia eſt ratio magiſtratus, qui ſemel judicata non poteſt reformare etiam de cauſis, v. Beſold. d. §. 11. n. 2. Petr. Heig. p. 2. q. 24. Cur a. hoc vide Speckhan. Qq. jur. cent. 2. cl. 3. q.17. Non debent tamen privilegia concedi, quibus conſtituatur delictorum impunitas, peccandi illecebra, l.3. C. de Epiſc. & cler. Extravag. Iohannis PP. cap.9. de Privileg. l. ſi operis. C. de Pœn. Schonb. 5. polit. 24. Pet. Martyr. LC. Theol. cl.4. cap.14. §.4. & ſeqq. Philipp. Camerar. in medit. hiſtor. cent. 1. c. 100. Scheplitz. prompt. jur. tit. ult. §. ult. Covarruv. 1. variar. reſolut. c. ult. n.8. Sed quum Pœnæ imponantur, 1. ut malum qui fecit, malum patiatur, 2. Solatium ut ſit paſſo aut ejusdem amicis, 3. ut emendetur committens delictum, 4. ut cedant in exemplum, moneanturq; alij ſibi à ſimili cavere, 5. ne vacillet authoritas publica; Remittenti an his ſatisfiat videndum eſt in remiſſione, v. Melch. Iun. Qq. polit. 104. Beſold. 2. polit. 2. §. 14. & ſeqq. §.19. num.4. Lips. 2. polit. 13. Simulq; obſervandum, in delictis contra legem divinam &c. commiſſis, veluti homicidio: ſtatum ratum, remiſſioni locum non eſſe, per ea quæ ſuperiùs concl. 12. a. tradita ſunt, & quæ Danæ. in Eth. Chriſt. lib.2. cap.13. Petr. Martyr. in comment. ad cap. 11. lib. 1. Samuel. circa fin. Cypræ. de ſponſal. cap.13. §.79. & §. 80. num. 2. Niell. diſp. feud. 11. th. 2. d. Heig. p.2. q.24. n.42. Attamen leges noſtræ nonnullis publicæ utilitatis causâ immunitatem à pœna indulgent, veluti, indicibus in crimine læſę majeſtatis, L. quisquis §. ult. C. Ad L. jul. Majeſt. accuſatoribus in crimine falſæ monetæ. l.1. §. Accuſatoribus. C. de falſ. monet. Quibus in fraudem fiſci quid relictum eſt, ſi ſeſe deferant, partem capiunt, L. edicto 13. ff. jur. fiſc. l. un. C. de His qui ſe defer. lib.10. Latronum & deſertorum proditoribus, L. unic. C. de Deſertorib. lib.12. l.1. §. cum quis latrones. 18. ff. de Quæſtion. Qui ſe judicem corrupiſſe fatetur, Auth. novo jure. C. de Pœn. jud. qui malè judic. Qui conſpirationem eorum, qui carcerem effringere cogitarant, detegit, l. in eos. 13. ff. de Cuſtod. & exhib. reor. Damnatus de ambitu, ſi alium convicerit, reſtituitur in integrum, l. un. ff. Ad. l. jul. de ambit. Deniq; qui transfugit & poſtea multos latrones apprehendit & transfugas demonſtravit, huic parci poſſe Hadrianus Imp. reſcripſit, L. non omnes. 5. §. ult. ff. de Re milit. (d) Per remiſſionem pœnæ infamia tamen non tollitur, l. ult. C. de General. abolit. L. generalis. 7. C. de Sentent. paſſ. Inde & Famæ ac honoribus reſtituit ſolus Imp. §.2. Inſt. quib. mod patr. pot. l.1. § 10 ff. de Poſtul. l.1. ff. de Sentent. paſſ. l. 1. §. fin. ff. de quæſt. Nov. 89. c. 9. Thom. Michael. de juriſd. th. 47. a. Beſold. cap.4. §. 12. Ninmer. de Regal. th.5. f. volum. Baſil. 1. Petr. Heig. p 2. quæſt. 22. Thom Cormerius in Cod. Henr. IV. lib.7. cap. 2 §. 18. Roſenthal. c. 5. concl. 2. n. 4. e. Exempla promit Reichs Abſchied zu Speyr / de Anno 1526. §. vnd wiewol. in ſeditioſis ruſticis. Sixtin. 1. de Regal. 2. num.21. Schonb. 5 polit. 24. hoc jus ſtatibus communicatum cenſet, Copiam reſtitutionis infamis exhibet M. Abraham Saur in formulari pag.124. (e) Quum ex ſuperioribus pateat, magiſtratui non licere lege mitiorem eſſe, vid. & Menoch. 1. de arbitrar. jud. quæſt 96. Quo tamen Aſyla tendere exiſtimavit Tyberius Imp. ideoque ea ſuſtulit, Tacit. 3. annal. ne gratià ſervatorum aliis accepta ferretur; Proindè ea ad jura majeſtatis referimus, quatenus nimirum ſunt ſontium refugium; De quorum genuino uſu, vide ſacras literas. Exod.21. v.14. Deuter.19. v.3. Melch.

Iun.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0055-6

*Iun. quæſt. polit.* 65. *Cruger. hort. virtut. q.* 26. *Schonb.* 1. *polit.* 14. *Beſold.* 2. *polit.* 2. *§.* 19. *num.* 3. *Thom. Lanſi. Qq. miſcell. quæſt.* 8. *volum. Baſil.* 4. *Dn. Vultei. ad §. in poteſtate. n.* 5. *Inſt. de His qui ſunt ſui vel alien. jur. Petr. Heig. p.* 2. *q.* 24. *num.* 47. *Covarruv.* 2. *var. reſol. cap.* 20. *Rittershuſ. junior. tr. ſingul.*

(*f*) Abſolutionem à juramento in caſu permiſſo petens, contra juramentum venire non cenſetur, *Schurff. cent.* 2. *conſ.* 73. *num.* 25. Abſolutio autẽ talis etiam à principe ſeculari conceditur. *l. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. l. fin. in prin. ff. Ad Municip. l. adigere.* 6. *§. fin. ff. de jure patron. cap.* 1. 2. 8. 18. *de jurejur. Caſp. Coch. de Regal. th.* 93. *Ninmer. de Regal. th.* 5. *c. volum. Baſil.* 1. *Mynſing.* 3. *obſ.* 99. *Gail.* 1. *obſ.* 22. 25. Id quod etiam Principibus Auguſtanam religionem profitentibus haud denegandum, *Ioach. Scheplitz Prompt. jur. tit.* 13. *§.* 7. *num.* 15. ubi exemplum in Auguſto El. Saxone proponit *part.* 2. *conſtit. provinc.* 36. & *vid. Conſultat. Conſtit. Saxon. par.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 11. & *ſeqq.* & *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 5. *per tot.*

(*g*) Vulgo quinquennel, Anſtandsbrieffe. *l. in fraudem.* 45. *§. fiſcalib.* 10. *ff. de jure fiſc. l. fin. in pr. C. qui bon. ced. poſſ. Reformation* guter Policey *de Anno* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauffleuten/ *Schonb.* 5. *polit.* 26. *Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 15. *num.* 3. *Ilico Vmmius diſp. Proceſſ.* 8. *num.* 26. *Matth. Steph.* 2. *de juriſdict. p.* 1. *c.* 1. *m.* 2. *num.* 248. *Schneidevv. in §. jus autem civile. n.* 11. *Inſt. de I. N. G.* & *C. Gilhauſen in arb. jud. civ. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 66. *Anton. Faber. in C. Rer. in ſalvand. jud. tit.* 9. *defin.* 17. *Gail.* 2. *obſ.* 46. *num.* 14. Quas moratorias inducias Principes Imperii quoq; indulgere queunt, *Schonb.* 5. *pol.* 26. *Matth. Steph.* 2. *de juriſd. p.* 1. *c.* 7. *num* 389. *Wehner pract. obſervat. in verb.* Anſtandsbrieff. aliâs moratoriæ induciæ ab inferioribus judicibus, niſi juſtitia cauſæ hoc exigat, datæ nullæ ſunt. *Franciſc. viv. deciſ. Neapol. lib.* 1. *deciſ.* 38. *num.* 7. Quod autem major creditorum pars in minoris præjudicium inducias haſce concedere queat, *uti volunt Matth. Steph.* 2. *de juriſdict. p.* 1. *m.* 2. *cap.* 1. *num.* 250. *Zanger.* 2. *de Except. cap.* 12. *num.* 2. *arg. l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* durum videtur, *Ilico Vmm. de proceſſ. diſp.* 8. *num.* 25.

(*h*) *Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 45. *tot. tit. C. de His qui à Princip. vacat. impetr. Ludov. Carbo. de ll. lib.* 9. *diſp.* 7. *Maſtrill. d. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 127. Formulas ejusmodi conceſſionis immunitatis proponit *Rudolph. Sattler in theſaur. notat. p.* 5. *c.* 6. *vide* & *c.* 1. *Saur. in formul. pag.* 314. & *ſeqq.* 840. & *ſeqq.* Et ſic immunitas eſt quædam ſolutio aut liberatio à gerendis honoribus aut ſuſtinendis oneribus civilibus, *Carbo d. diſp.* 7. Munera verò quædam ſunt perſonalia, quædam patrimonialia, quædam mixta, *quod pluribus explicat* & *allegatis perſequitur Tapia ad rubr de Conſt. princ. c.* 4. *num.* 36. & *ſeqq. Reineking.* 1. *de Regim. cl.* 5. *c.* 4. *num.* 95. & *ſeqq.* & *Gail.* 2. *obſ.* 52. *num.* 3. & *ſeqq. Caſp. Clock de contribut. th.* 4. *vol. Baſ.* 1. Quodnam autem onus perſonale aut patrimoniale ſit, origo impoſitionis eſt attendenda, *uti poſt Gail.* 2. *obſ.* 52. *n.* 16. & *Simon. Piſtor. conſ.* 2. *n.* 38. & *ſeq. rectè monet Petr. Heig. Qq. jur part.* 1. *q.* 17. *n.* 25. & *ſeqq.* Poteſt itaque immunitas ab omnibus oneribus, tam patrimonialibus, quàm perſonalibus, ac etiã mixtis cõcedi: *Boſſius tit. de Principe. n.* 135. ſic familiæ Gordiani hoc Senatus decrevit, ut à tutelis atq; legationibus, & à publicis neceſſitatib. ſemper vacarent. *Capitolin. in Gordian.* Et Carolus Burgundus Mechlineenſibus ab omnibus veſtigalibus & tributis immunitatem conceſſit. *Guicciardin. in Mechlinia pag. m.* 116. Neceſſum tamen eſt, ut conſtet de voluntate concedentis, quæ apparet, ſi motu proprio, vel ex certa ſcientia, aut clauſula, Non obſtante *l. vacuatis.* 19. *C. de Decurion.* conceſſiſſet, *Tapia ad rubr. de conſtit. princ. cap.* 4. *num.* 107. *Boſſius tit. de Principe num.* 135.

(*i*) Ita

(i) Ita mutus & ſurdus à principe impetrare poteſt, ſibi ut liceat condere teſtamentum. l.7.ff. Qui teſtam. fac. poſſ. Ita de jure civili mulier intra annum luctus citra infamiam nubere nequit, at bene hoc impetrat à principe. l. ſolet. 10. ff. de His qui not. infam. Weſenb. in parat. eod. num. 5. Ita privilegium concedi poteſt, ut malefici etiam in alieno territorio capiantur. c. 1. de Privil. in 6. Ita jus Primogenituræ per ſpeciale pactum & Privilegium principis inducitur, Caſp. Coch. de Regal. dignit. th. 246. Gail. 2. obſ. 153. Rurſus quòd feuda dignitatem annexam habentia dividi queant inter Privilegia eſt, Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 23. Innumera alia, Regalia referunt, Peregrin. Iannin. 1. de citat. real. cap. 1. num. 81. & ſeqq. ad 350. vide remiſsivè Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 1.

## CONCLVS. XXII.

Minora Regalia cum Fiſco in privilegium veniunt (a), Quò faciunt Vectigalia (b), Tributa (c), Extraordinariæ collectæ univerſales (d), Mulctarum pœnarumque compendia (e), Bona vacantia & caduca (f), Bona indignis ablata (g), Bona contrahentium inceſtas nuptias (h), proſcriptorum (i), & committentium crimen Lœſæ majeſtatis (k).

(a) Supra Minora regalia aliâs Fiſci dici, oſtenſum, tit. ff. de Iur. fiſc. quæ eadem tamen in ſymbolum ſuperioritatis veniunt. Ninmerus de Regal. th. 6. a. Sed faciliùs conceduntur. Dn. Vultei. 1. de Feud. cap. 5. num. 7. §. minora. Fiſcus verò propriè principis eſt, Weſenb. in parat. ff. de Iure fiſc. num. 2. Schonb. 4. polit. 15. Garſias Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 2. De jure Saxonum tamen jura fiſci habent, qui merum, & mixtum imperium, LandtR. lib. 1. art. 28. & lib. 2. art. 31. & 37. Fachſ. differ. 35. Schneidew. in Inſt. de Hered. quæ ab inteſt. de fer. loc. de Succeſſ. fiſc. num. 8. Weſenb. in parat. ff. de Iur. fiſc. n. 4. De ſingulari fiſci jure videatur Peregrinus in tract. ſing. Thomas Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. tit. 3. & 4. per tot. Boſsius in pract. pag. m. 468. ad 483. & pag. 578. 611. Annæus Robert. 3. rer. judicat. 7. (b) Vectigal à vectura dicitur: Sixtin. 2. de Regal. 6. num. 1. & eſt id, quod præſtatur ex his rebus, quæ invehuntur aut evehuntur, Weſenb. in parat. ff. de Publican. & Vectig. num. 2. Henr. Clock in eleganti diſput. de vectigal. th. 7. volum. Baſil. 3. vid. Beſold. d. c. 4. §. 33. num. 2. Eſt autem inſtitutio vectigalium de Regalibus, Bodin. 1. de Repub. 10. l. vectigalia. 10. ff. de Publican. & Vectig. c. un. Quæ ſint regal. Clapmar. 1. de Arcan. 21. Denais. Iur. Camer. tit. 321. §. 1. Matth. Steph. 2. de Iurisd. part. 1. c. 1. m. 2. num. 93. Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. cap. 4. §. 81. 83. Dom. Garſias Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 219. & ſeqq. tot. tit. C. vectigal. nov. inſt. non poſſ. ubi Sichard. Gothofred. Anton. diſp. feud. 3. th. 7. g. Schonborn. 4. pol. 25. Scheplitz P. I. tit. 3. §. 1. e. Sixtin. 2. de Regal. 6. num. 14. & ſeqq. Caſp. Coch. de Regal. dign. th. 104. Beſold. 1. pol. 4. §. 43. & lib. 2. cap. 4. §. 22. Syring. de Pace relig. th. 14. a. Petr. Heig. part. 1. quæſt. 17. Mynſing. 5. obſ. 29. ut qui per ſe nova vectigalia inſtituit, L. Iulia de ambitu & de vi publica teneatur, l. unic. §. qua lege. ff.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0057-6

*Ad L. Iul. de ambit. l. ult. ff. Ad L. Iul. de vi publ. Sixtin. 2. de Regal. 6. num.* 21. Quin nec vetera augere ſine conſenſu principis cuipiam licet, *per modò allegata. Sixtin. d. c. 6. n. 24.* Indeq; mandata inhibitoria ſine clauſula contra tale quid attentantem in Camera decerni ſolent, *Gilman. Symphorem. tom. 3. verb. Vectigalia. & tom. 1. lib. 1. part. 2. tit. 6. Sixtin. 2. de Regal. 6. num.* 23. Ne quidem Imperatori nova vectigalia concedere aut vetera augere, ſine Electorum conſenſu & prævio examine, integrum eſt, *Thom. Michael. de Iurisd. th. 11. c. Sixtin. d. c. 6. n. 22. Capitulat. Ferdinandi II. Imp. §.* Wir ſollen vnd wollen auch inſonderheit. *Dn. Buxtorff. ad Aur. Bull. concl. 91. g. Henr. Klock. de vectigalib. th. 9.* Ad quod quoque Reges Galliæ, Poloniæ, Angliæ, Hungariæ, Daniæ ſe inter ſuos adſtringi non detrectant, *Petr. Heig. Qq. jur. part. 1. q. 18. n. 8.* quia vectigalium impoſitio odioſa eſt, *per ea quæ tradit Henr. Clock. de Vectigal. theſ. 4. a.* ut princeps ea ſine prægnanti cauſa ſtatuẽs mortaliter peccare dicatur, *Vid. Sixt. d. c. 6. n. 43. 44. 45. Tholoſ. 3. ſyntag. jur. c. 3. n. 1. & ſeqq. & ſic judicatũ eſſe à Pariſienſib. refert Bodin.* (*c*) *Nov. 161. c. 2. l. un. C. de ſuperindict. Crug. diſp. pol. 5. th. 24. Schonb. 4. pol. 19. 20. 21. 22. 23. Beſ. d. c. 4. §. 33. Petr. Heig. p. 1. q. 17. n. 3. & ſeqq. Caſp. Clock. de contribut. th. 6. a. qui multos ad hoc allegat.* cùm ante Cyrum & Cambyſem nihil eſſet de tributis conſtitutum, ſed loco eorundem munera tantùm offerrentur, Darius primus præfectos conſtituit, qui in provinciis ſingulis tributa exigerent, indeque Quæſtoris nomen ſortitus eſt, *Melleſic. hiſtor. Pezel. part. 1. pag. m.* 43. At augent tributa Principes tantùm mali, *Beſold. 2. pol. 4. §. 17. num. 1. Lipſ. 2. de conſtant. cap.* 23. In imperio autem Romano-Germanico multæ ſunt Civitates præ aliis à tributis immunes & exemptæ, 1. Quæ immunitate donatæ & exemptæ, R. A. *de Anno* 1551. §. Solche der Stände. 2. Quæ bona libera & exempta tenent. R. A. *de An.* 1548. §. Deßgleichen ſeind auch. 3. Quæ ſunt in poſſeſſione libertatis, vel quaſi. R. A. *de Anno* 1557. §. Damit auch dieſe. & *Anno* 1559. §. Vnd damit gemeine. & *Anno* 1566. §. Wir ſetzen. & *Anno* 1576. §. Wenn auch in dieſer. *uti poſt Ruland. 5. de Commiſſ. p. 2. c. 4. n. 41. notat. Victor. de Exempt. concluſ. 9. Volum. Baſil.* 1. (*d*) Collectæ in hoc à tributis differunt, quod non certam, ſed incertam, ob neceſſitatem occurrentem præſtationem habent, *Beſold. 1. pol. 4. §.* 43. Et ſunt etiam de regalibus. *Beſold. d. loc. per c. un. Quæ ſint regal. Schonb. 4. pol. 24. Caſp. Coch. de Regal dign. th. 108. & ſeqq. Petr. Heig. p. 1. q. 17. n. 45. Cormerius d. lib. 7. tit. 1. cap. 4. §. 81. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 244. Sixtin. 2. de Regal. 14. n. 17. Roſenth. de Feud. c. 5. concl. 74. n. 1. 4. 6. H. Clock. de Contribut. concl. 6. a. Reineking. 1. de Regim. cl. 5. c. 4. n.* 122. ubi quatenus actus jurisdictionalis, nimirum reſpectu ſuperioritatis territorialis, dici queat, explicat *num.* 123. Licitum tamen eſt ſimplicem jurisdictionem habentibus pro neceſſitate ſua communi decreto communitatis collectas exigere, *Reineking. d. cap. 4. n.* 125. quæ tum vi pacti veniunt, non jure regalium, *Caſp. Clock. de Contribut. th. 12. a. poſt Weſenb. conſ. 45. n.* 10. Si tum pro negotiis univerſitatis, quæ omnes non tangunt collectæ fiant, non poſſunt ad eas cogi, niſi comprehenſi in negotio & ſyndicatu, vel qui ei ad hæſerunt, *Petr. Gregor. 3. ſyntagm. jur. c. 7. n. 10. vid. Reineking. & Clock loc. allegat.* (*e*) *l. quicunque. 8. §. univerſi. 3. C. de Hæret. c. un. Quæ ſint regal. l. mulctarum. 5. C. de Modo mulctar. Beſold. 1. pol. 4. §. 35. Gothofred. Anton. diſp. feud. 3. th. 7. i. Reineking. 2. de Regim. cl. 2. c. 17. n. 60. 68. Wendland. de Regal. th. 10. b. Volum. Baſ. 5. Gædd. ad l. 131. §. i. n. 11. ff. de V. S. Dn. Hunnius diſp. Feud. 5. th. 59. & ſeqq. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 340. Roſenth. c. 5. concl. 49. 50. Vultei. 1. de Feud. c. 5. num.* 7.

Hodie

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0058-2

Hodie tamen mulctæ impoſitio regulariter ſpectat ad eum, cujus de crimine jurisdictio eſt, poſt alios a ſe allegatos Petr. Heig. part. 2. q. 22. n. ult. Sixtin. 2. de regal. 9. n. 60. Habet autem ſe mulcta ad pœnam, ſicut ſpecies ad genus. Gothofred. Anton. & Roſenthal. d. loc. Dn. Gæddæus ad l. aliud. 131. §. inter mulctam. 1. ff. de V. S. Et ſi quæ mulcta fiſco adjudicata ſit, eam ne judex quidem, qui eam dixerit, in aliam rem poteſt convertere, Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. cap. 5. tit. 1. §. 111. Ioan. Papon. lib. 1. tit. 10. arreſt. 8. (f) l. 1. §. Divus. 2. l. eum qui. 41. ff. de jur. fiſc. c. un. ubi Dd. Quæ ſint regal. l. 1. & 4. C. de Bon. vacant. Schonb. 5. polit. 27. Beſold. 1. pol. 4. §. 36. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 7. k. VVendland. de Regal. th. 11. Dn. Hunnius diſp. feud. 5. th. 64. Garſ. Maſtrill. d. c. 10. n. 359. & ſeqq. vide Cormerium in Codice Henrici IV. lib. 7. tit. 1. cap. 6. Bona dicuntur vacantia quando nullus conſanguineus vel legitimus hæres relinquitur, vel relictus repudiat l. 1. C. de Bon. vacant. l. pen. C. de Præpoſ. ſacr. cub. Boſſius tit. de Bon. vacant. num. 2. Nec moritur ſine herede, cui modò cognatus aut agnatus habilis, etiam ultra decimum gradum conſtitutus eſt; §. cæterum. 3. Inſtit. de Legit. agnat. ſucceſſ. §. ult. Inſt. de Servil. cogn. l. un. C. unde vir & uxor. l. 2. in pr. & §. 1. ff. de Suis & legit. Dn. Helfr. Vlric. Hunnius diſp. feud. 5. th. 66. Novel. 118. c. 3. §. Si verò. VVendland. d. th. 11. a. Ant. Matth. colleg. Inſt. diſp. 13. th. 14. Hoenon. diſp. ad Inſt. 12. th. 13. And. Gerhard. dec. 11. exerc. 10. Donel. 9. comm. 4. Forſter. de Succeſſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 10. VVeſenb. ad §. ult. Inſt. de Succeſſ. cognat. n. 4. ubi hoc in regnis & regalibus dignitatibus receptum eſſe teſtatur, accedit etiam jus Saxonicum art. 19. ubi gl. latina lib. 1. (g) t. t. de His quib. ut indign. hæred. auf. l. 1. l. 13. ff. de jure fiſc. l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. ff. de in offic. teſtam. c. un. Quæ ſint regal. Beſold. 1. pol. 4. §. 35. n. 2. Ninmer. de Regal. th. 7. d. Dn. Hunnius diſp. feud. 5. th. 68. Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib. 7. tit. 1. c. 5. §. 96. & ſeqq. Maſtrill. d. c. 10. num. 419. Cauſas, cur auferantur, vide apud Sixtin. 2. de Regal. 10. n. 13. vide & VVendland. de Regal. th. 12. a. Boſſ. in pract. tit. de His quib. ut indign. bona à fiſco aufer. & ſeq. Cormeriũ d. loc. §. 97. (h) l. ſi quis. 6. juncta Auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Nov. 12. c. 1. & 2. c. unic. Quæ ſint regal. VVendland. de Regal. th. 12. b. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. n. 321. Dn. Vultei. 1. de Feud. 5. n. 7. §. Bona inceſtum. ubi perſonas fiſcum excludentes refert, vide & Schonb. 5. pol. 27. (i) d. c. un. Quæ ſint regal. VVendland. de Regal. th. 12. c. Dn. Hunnius diſp. feud. 5. th. 71. Si modò nec aſcendentes, nec deſcendentes, nec collaterales usque ad tertium gradum incluſivè extẽt, Auth. Bona damnatorũ. C. de Bon. proſcriptor. ubi Dd. Dn. Vultei. d. n. 7. §. Bona damnatorum. Irnerium tamen hîc reprehendit VVendland. d. loc. quod in Nov. 134. c. ult. transverſalium non fiat mentio. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 7. n. (k) Novel. 134. in fin. junct. Auth. Bona damnator. C. de Bon. proſcript. d. c. un. Quæ ſint regal. ubi Borcholt. n. 88. Dd. communiter ad l. quisquis 5. C. Ad L. Iul. Majeſt. Dn. Hunnius diſp. feud. 5. th. 82. Gothofr. Anton. diſp. Feud. 3. th. 8. h. Dn. Vultei. d. c. 5. n. 7. §. Bona committentis VVendland. de Regal. th. 14. g. Thom. Cormerius in Codice Henr. IV. lib. 7. tit. 1. c. 5. §. 88. 89. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 397. & ſeqq.

## CONCL. XXIII.

Huc faciunt Angariæ & parangariæ [a], Prædia inculta atque deſerta [b], Theſauri in loco Cæſaris vel religioſo



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0059-2

reperti portio [*c*], Ripatica [*d*], Naufragii jus [*e*], Reditus Piſcationum [*f*], Metallifodinarum [*g*], Lapicidinarum [*h*], Salinarum [*i*].

(*a*) Sunt inter regalia, *d. c. un. Quæ ſint regal. ubi Dd. Communiter. Borcholt. num.* 84. & ſunt onera patrimonialia præſtatione jumentorũ, plauſtrorum, navium, operarumque conſiſtentia, *Beſold.* 1. *polit.* 4. §. 44. *Gothofred. Anton. diſput. feud.* 3. *theſ. 8. a. Bocer. de Regal. cap.* 3. *num.* 247. *Dn. Vultei. d. loc. §. angariæ. pag. m.* 73. *vid. Boßius tit. de Angar. Sixtin.* 2. *de Regal.* 14. *Roſenthal. cap.* 5. *concluſ.* 70. *Garſ. Maſtrill.* 3. *de Magiſtrat.* 10. *num.* 293. *præſertim num.* 329. *& ſeqq. Wendland. de Regal. theſ.* 13. ubi, quomodo nimium gravatis ſubditis ſuccurratur, *poſt Gail.* 1. *obſ.* 17. tradit. Inter Regalia autem non veniunt operæ, quas ſubditi debent nobilibus, die Frohndienſte/ *Beſold. d. §. 44. num.* 2. *Ionas Eucharius Erhardt diſput. de operis Ruſticor. theſ.* 6. *a. & paßim. habetur hæc inter Baſileenſes diſp. volum.* 6. venit verò jus gratis recipiendi hoſpites, *cum multis Garſias Maſtrill.* 3. *de Magiſtrat.* 10. *num.* 178. *& ſeqq. Vide l. 2. Cod. de Metat. & Epidemetic. lib.* 12. *ad quam rubricam Dion. Gothofred. Epidemetica, inquit, ſunt pretia, quibus Se redimunt ab onere hoſpitum recipiendorum.* (*b*) *arg. tit. C. de omn. agr. deſert. Beſold.* 1. *polit.* 4. §. 37. inde Novales decimas, non jus decimandi habentibus, ſed magiſtratui ſuperiori competere ſcribit, *poſt Thom. Michael. de Iuriſd. concl.* 49. *a. b. Garſias Maſtrillus* 3. *de Magiſtratib.* 10. *num.* 26. (*c*) *Beſold.* 1. *polit.* 4. §. 38. *Dd. ad §. Theſauros. Inſtit. de Acquir. rer. dom. & in l. unic. Cod. de Theſaur. l.* 3. *§. fin. ff. de jur. fiſc. Garſ. Maſtrill.* 3. *de Magiſtrat.* 10. *num.* 316. *& ſeqq. Dn. Vultei.* 1. *de feud.* 5. *num.* 7. *pag. m.* 75. *Roſenthal. cap.* 5. *concluſ.* 89. *Petr. Heig. part.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 55. *Sixtin.* 2. *de Regal. cap.* 21. data opera adeoque magicis artibus inventus, totus cedit fiſcò, *d. §. theſauros. c. un. Quæ ſint regal. Dn. Vultei. d. loc. Wendland. de Regal. th.* 14. *h. l. 1. C. de Theſaur. Petr. Heig. d. loc. num.* 57. *Garſ. Maſtrill. d. loc. num.* 323. *& ſeqq. Vide exquiſitißimam Dn. Caſpar. Birſchii diſput de Theſauris. theſ.* 127. *& ſeqq. theſ.* 230. *& ſeqq. th.* 244. *& ſeqq.* (*d*) Ripa ea eſſe cenſetur, quæ pleniſſimum flumen continet, *l. flumina.* 3. *ff. de Fluminib.* cuius proprietas privatorum proximè prædia habentium, at uſus publicus, *Vide Sixtin.* 2. *de Regal.* 2. *num.* 5. Inde Ripatica, id eſt proventus & commoda riparum inter regalia veniunt. *Gothofred. Anton. diſput. feud.* 3. *th.* 7. *f. Sixtin. d. loc. num.* 8. *Bocer. de Regal. cap.* 3. *num.* 136. *Wendland. theſ.* 7. *c. Dn. Vultei. d. loc. §. ripatica. Garſ. Maſtrill.* 3. *de Magiſtrat.* 10. *num.* 290. (*e*) Si nimirum ignoretur dominus rei per naufragium appulſæ, aut is piraticam exercuerit, ſitve Chriſtiani nominis hoſtis, tum inter Regalia referri poterit, *Wendland. de Regal. theſ.* 7. *a. Beſold.* 1. *polit.* 4. §. 38. *Maſtrill. d. c.* 10. *num.* 393. *Sixtin.* 2. *de Regal.* 3. *num.* 91. *in Gallia quid? Vid. Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib.* 7. *tit.* 1. *cap.* 4. §. 85. Cæteroquin bona naufragio amiſſa ſibi magiſtratus neutiquam vendicare poteſt, *arg. §. fin. Inſt. de Acquir. rer. dom. l.* 2. *§. fin. ff. Ad L. Rhod. de jact. Auth. Navigia. Cod. de Furt. l. ne quid ex.* 7. *ff. de Incend. ruin. naufrag. l.* 1. *Cod. de Naufrag. c. excommunicati de Raptorib. Bodin.* 1. *de Repub.* 10. *Beſold.* 1. *polit.* 12. §. 3. *Dn. Vultei. ad §. item lapilli.* 12. *ff. de Acquir. rer. dom. Borcholt. Schneidevv. ad §. fin. Inſtit. eod.* Peinl. Halßg. Ordn. *art.* 218. *Gail.* 1. *obſ.* 18. *Dn. Grevæus. lib. 1. concluſ. pract.* 18. *Sixtin. d. c. 3. num.* 92. Aequè ac improbatur conſuetu-

do,

do, quâ magiſtratus ſibi currum cum equis vendicat, ſi eo everſo homo fuerit interfectus, P. H. O. *art.* 218. *Sixtin.* 2. *de Regal.* 3. *num.* 97. *Wehner. in pract. obſerv. voce* Gewonheit. Ejusdem farinæ eſt, quòd magiſtratus bona furto, vel vi ablata & apud furem deprehenſa ſibi appropriat. *d. art.* 218. *arg. l. ſi captivus.* 20. *ff. de* Captiv. *& poſtlim. reverſ. Schneidevv. ad §. fin. Inſtit. de Oblig. quæ ex del. naſc. num.* 8. *Sixtin. d. loc. Coler. in c. quod clericis. num.* 32. *de Forocomp.* Quibus caſibus Mandata ſine clauſula, reſtitutoria decerni, teſtis eſt, *Petrus Frider. Mindanus lib.* 2. *de Proceſſ. cap.* 57. *num.* 1. (*f*) *l. inter publica. §. ult. ff. de V. S. c. un. Quæ ſint regal. Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 39. *Sixtin.* 2. *de Regal.* 18. *VVendland. de Regal. th.* 14. *e. Gothofred. Anton. diſput. feud.* 3. *theſ.* 8. *f. Dn. Hunnius diſput. feud.* 5. *th.* 78. *Garſ. Maſtrill. d. c.* 10. *num.* 305. quod de reditu piſcationum, non ipſo jure piſcandi accipiendum eſt, *per ea quæ Dd. allegati tradunt, per l.* 2. *§. ſi quis in mari. ff. Ne quid in loc. publ.* Et ſic in regno Cōgiano quoque receptum eſſe teſtatur *Lopez in deſcript. Indiæ Orient. p.* 1. *c.* 4. *circa fin.* Et in Gallia Admiralius privilegium piſcandi haleces in mari indulget, absque quo hoc licitum non eſſet, *L' Eſtat de France num.* 26. quoad vectigalia, *Beſold.* 2. *pol.* 4. *§.* 39. (*g*) per argentarias hoc jus deſignari credimus *cum Beſold. d. c.* 4. *§.* 39. *Dn. Vultei. d. n.* 7. *§. argentariæ. p. m.* 74. *Rauchbar. part.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 7. *Sixtin.* 2. *de Regal.* 16. *VVendland. theſ.* 14. *c. Boſsio in pract. pag. m,* 617. *Dn. Buxtorff. ad Aur. Bull. concluſ.* 89. *Gothofred. Anton. d. theſ.* 8. *d. Ninmerus de Regal. theſ.* 7. *b. Garſias Maſtrill.* 3. *de Magiſtrat.* 10. *num.* 301. Ipſæ tamen metallifodinæ privatis in ſuo inventæ appropriantur, quarum decimæ fiſco veniunt, *poſt Dd. modò citatos & alios apud Henric. Klock de Vectig. theſ.* 3. *b. vol. Baſileenſ.* 3. (*h*) *Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 39. *Rauchb. d. quæſt.* 22. *num.* 10. qui ibi conſuetudinem reſpiciendam poſt alios à ſe allegatos dicit. (*i*) *l. inter.* 17. *§.* 1. *ff. de V. S. c. unic. quæ ſint regal. c. ſuper.* 26. *§. præterea. de V. S. Beſold. d. §.* 39. *VVendland. de Regal. theſ.* 14. *f. Roſenthal. cap.* 5. *concl.* 86. *Sixtin.* 2. *de Regal.* 19. *Dn. Vultei. d. num.* 7. *§. ſalinarum. Gothofr. Anton. theſ.* 8. *g. Ninmerus. de Regal. theſ.* 7. *c. Maſtrill. d. cap.* 10. *num.* 305. *& ſeqq.*

## *CONCLVS. XXIV.*

Omnia autem Regalia *in c. un. Quæ ſint Regal.* non recenſeri palam eſt (*a*): Sed & alia inſuper tempora (*b*), & Mores imperiorum conſtituunt (*c*): quod ne fiat conſultius eſt Reipub. (*d*): Nihilominus virtus aliquâ prærogativâ eſt honoranda (*e*). Vnde Tituli eminentiores (*f*), inſignia memorabilia & galeri (*g*), habitus ſingularis (*h*), prærogativa in inceſſu aut ſeſſione (*i*), Triumphus (*k*), Feudum (*l*), Libertas (*m*), Alia (*n*).

(*a*) *Dn. Vultei.* 1. *de Feud. cap.* 5. *num.* 7. *§. atque hæc ſunt. Dn. Roſenthal. cap.* 5. *concluſ. ult. num.* 1. *ubi poſt alios dicit in d. unic.* potiora enumerari.

(*b*) Vſu & conſuetudine induci poteſt, ut quæ antea Regalia non erant, referantur inter Regalia. *Sixtin. de Regal. in proœm. n.*18. Sic venatio, quæ inter regalia per ſe non venit, *arg. l* 9. *§ aucupiorum l. uſufructarium.* 62. *ff. de Vſufr. l. Venationẽ* 26. *ff. de Vſurfr. Sixtin. 2. de Regal.* 18. *num.* 31. & 44. *Weſenb. in parat. de Adq. rer. dom. num.* 7. *Dn. Hunn. diſp. feud.* 5. *th.* 80. *And. Gerh. Exercit. Iuſtin. dec.* 4. *in Coroll. D. Vultei. d. c.* 5. *num.* 7. *pag. m.* 75. *Wendland de Regal. th.* 5. *Hænon. diſp. Inſt.* 5. *q.* 2. *circa fin. Forſter. diſp.* 6. *th.* 8. moribus noſtris eò refertur, *l'Eſtat de l'Empire. num.* 12. *Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 41. *Schonb.* 5. *polit.* 29. *Sixtin. d. loc. num.* 45. 46. *Roſenthal. cap.* 5. *concl. ult. num.* 8. *ubi autem inter juriſdictionalia referatur &c. ſimiliter conſuetudinem ſpectandam eſſe, innuit Maſtrill.* 3. *de Magiſtr.* 10. *num.* 173. an jure. *vide Schonb. d. loc. Beſold. d. th.* 29. *num.* 1. *remiſſivè Weſenb. ad Schneidevv. in § feræ. num.* 4. *lit. d. Inſt. de Rer. diviſ. Sixtin. d. loc. num.* 41. *Petr. Heig. p.* 1 *q.* 15. *Camill. Borell.* 4. *de Magiſtrat. edict. c.* 3. *per tot. & cap.* 4. *Fachin. lib.* 1. *controv.* 1. *Hænon. diſp.* 4. *q.* 5. *Arumæ. Exerc.* 4. *th.* 9. *Mindan.* 2. *de Proceſſ.* 36. *§.* 7. *Gail.* 2. *obſ.* 68. qua pœna contravenientes plectendi ſit, *videantur Fachinæus d. cap. Everh. Speckhan. cent.* 1. *quæſt.* 98. *Weſenb. d. loc. ad Schneidvv. num.* 8. *Gail d. obſ.* 68. *num.* 10. *Forſter. diſp. ad Inſt.* 6. *th.* 10. Sic in imperio Romano Iudæos recipere inter regalia venit, *Schonb.* 5. *polit.* 26. *Caſp. Coch. de Regalib. th.* 118. *Beſold.* 1. *polit.* 11. *§.* 18. *num.* 2. *Denais jur Camer. tit.* 150. *§.* 7. *Thom. Michael. de juriſdict. concl.* 48. *Mager. de Advocat. cap* 8. *num.* 300. *Vide & Reineking.* 2. *de Regim. cl.* 2. *cap.* 3. In Gallia Epiſcopos, abbateſq; deligere, inter jura Regia habetur, *Thom. Cormerius in Codice Henrici IV. lib.* 7. *tit* 1. *cap.* 3. *ubi & alia.* & jure Normanorum nemorum, venditorum portio ad fiiſcum venit, *Cormerius d. loc. tit.* 1. *cap.* 4. *§.* 86. (*c*) Ita in Anglia Tutela in Principis peculio eſt, idq; ad annum ætatis 22. ut alimentis detractis reliquum redituum pupillarium in fiſcum veniat, *l'Eſtat d'Angleterre num.* 16. *Thom. Smith.* 3. *de Repub. Anglor.* 5. *Beſold* 1 *polit.* 4. *§.* 40. quod jus Rex haud rarò aliis concedit, à quo tamen eximũtur aliquot civitates. Sic in Inſula Goa piperis mercimoniũ certis hominibus à Rege conceditur, quod ſi quiſpiam ſine ſpeciali permiſſu exerceat, vita privatur, *l'Eſtat de Goa num.* 12. In regni Congiani provincia Bamba Pavones alere inter jura majeſtatis eſt, quòd avis hæc inſignia Regalia gerat. *Lopez. hiſt. Indiæ Orient. part.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. *pag. m.* 23. Princeps Battanus ex ſingulari conceſſione Regis Congiani, ſclopetarios proprios & quidem ex ſuis ſubditis habet, quòd aliâs nulli præfectorum, nec filiis Regis conceditur. *Lopez. hiſt. Ind. Orient. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. Sic circa ferias Paſchatos hoſtias, quas agnos Dei vocant, creare, Pontifex Romanus in reſervatis habet; quam poteſtatem tamen ab illo Abbas quidam inibi rurſus privilegii titulo habet. Sic in Turcia terræ, quam nos ab inde ſigillatam appellamus, ſigillum principis imprimitur, quod ſi alius imponat, Majeſtatis reus habetur. (*d*) Quantum enim accedit ad jura ſuperioritatis, tantum ſubditorum juri videtur detractum, *Beſold.* 1. *polit.* 4 *§.* 41. *num.* 2. ubi hoc in molendinis & vini monopolio exemplificat. (*e*) Faciunt quidem ad virtutem indoles bona, intellectus practicus, voluntatis libertas, conſcientia monens, clima cœli, converſatio cum melioribus, Educatio, inſtitutio, exempla rectè agentium, æmulatio, admonitiones, Leges, cumprimis tamẽ in corrupta natura ſtimulum ad virtutem addunt præmię & pœnę. *Ethici cõmuniter & infr. in fin.* Nam nihil non aggreſſuri ſunt homines, ſi magnis cõatibus magna præmia proponantur. *Livius lib.* 4. E contra, ubi malos præmia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt,

*Saluſt*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0062-5

*Saluſt. in fragm. hiſtor.* Itaq; præmiis decoranda virtus. Sed Principes ſubditis cortices dare, nucleum verò Regalium & majeſtatis ſibi retinere ſolent, *uti ſcitè principem ſuum monet Thomas Franciſcus Friſiæ quondam cancellarius in inſtructione ſua pag.* 34. Parcè eſt immunitas à civilibus muneribus & tributis danda, *Petr. Gregor. Tholoſan. 3. Synt. jur. cap.* 5. *num.* 1. *& ſeq.* nam immunitates hæ & exemptiones ſolent excitare perturbationes, *Synodus Tridentina ſeſſ.* 24. *cap.* 11. Parciùs largiendum ex publico, *Lipſ.* 2. *polit.* 17. ne ſi ærarium ambitione exhauſeris, per ſcelera ſupplendum ſit, *Tacit.* 2. *annal.* Largiùs aliquantò indulgendum, quòd ſolùm honoris & dignitatis amplificandæ cauſa fit, *Ludov. Carbo de ll. lib.* 9. *diſp.* 7. *num.* 8. Vberiùs & liberius omnino privilegia in cultum & augmentum bonarum artium religioniſq; ſunt concedenda, *Ludov. Carbo d. num.* 8. Et jam olim optimè conſtitutæ Reſpub. virtutem & merita externis tantùm ſignis, ſine magna ſumptuum erogatione honorari fecerunt, *vid. Mich. Montagn. lib.* 2. *des Eſſays cap.* 7. Ita Tiguri gladius à Iulio II. PP. conſecratus oſtenditur *de quo D. Rumpf in Chron. Helv.* & Duci Albano identidem à Pontifice miſſum gladium inauratum cum galero, ſub Anno 1569. referunt, *Lundorp. in contin. hiſt. Sleid. lib.* 9. *in pr. Meterran. ſub. eod.* (*f*) Sic Rex Galliæ, Chriſtianiſſimus; Hiſpaniæ, Catholicus, *Io. Lampad. mellif. hiſt. part.* 3. *pag. mihi.* 17. Angliæ, defenſor fidei, appellatur. Sic Helvetii, Eccleſiaſticæ libertatis defenſores à Iulio II. Inſigniti, *Goldaſt. in replicat. pro imper. cap. ult. pag.* 432. Ita quòd Principes imperii titulo, Von Gottes Gnaden/ utuntur, ex ſingulari tacitè vel expreſsè concedentis Imperatoris indulto eſt, *Beſold* 1. *polit.* 2. *§.* 13. *Matth. Steph.* 2. *de juriſdict. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 40. 42. 45. Non tamen ſemper ex titulorum ſplendore de ipſa majeſtate aut dignitate eſt judicandum, *vid. Beſold.* 1. *polit.* 5. *§.* 7. *Nolden de Nobil. th.* 142. *Petr. Gregor.* 6. *de Repub.* 11. *num.* 13. Exemplis hoc perſpicuum facit *Beſold d. loc.* Sic & Darius, ſe Regem regum, Alexandrum ſuum famulum appellabat, *ſupplem. lib.* 2. *Q. Curt. de Vita Alexand.* Rex Congianus ampliſſimo utitur titulo, cujus vix partem tenet, *Lopez. in deſcrip. Indiæ Orient. part.* 1 *lib* 1. *cap.* 8. *pag. m.* 18. (*g*) *Beſold.* 1. *polit.* 4. *§.* 47. *num.* 3. *& cap.* 11. *§.* 63. *Nolden de Nobil. th.* 135. *P. Fritze de Nobil. th.* 29. *a. Mich. Montagn. des Eſſays lib.* 2. *cap* 7. Eò autem quis nobilior, quò illuſtrioribus inſignibus utitur, *Bald. in l. generaliter. §.* 1. *C. de Inſtit. & ſubſtit.* maximè ex beneficiò Imperatoris, *Chaſſan c. de glor. mundi conſid.* 38. Dani verò nec titulos nec inſignia nova affectant, quòd generis antiquitati eo ipſo detractum putent, *l'Eſtat de Dennemarc. num.* 19. Sed & quibusdam in privilegium datum, ut cera rubra illis ſignare liceat. *Privilegio Comitum Friſiæ Orient. de Anno* 1454. *confirmat. Anno* 1464. (*h*) Ipſe Princeps purpuram, coronam, ſceptrum ſibi ſumit in eminentiam, *Beſold. d. cap.* 4. *§.* 54. *num.* 3. *Vid. Schonb.* 2. *polit.* 20. Famini Diali à Numa Pompilio toga honorata & ſella eburnea decernebatur, *Livius lib.* 1. *l'Eſtat de l'Egliſe. num.* 41. Chinenſes judices Regia inſignia ſuis in togis depicta gerunt, *l'Eſtat de la Chine. num.* 32. Henricus V. Imp. ſub anno 1111. civib. Bremenſib. jus fecit utendi veſtib. auro & opere picto decoratis ad inſtar nobiliū *ex tenore Privilegij.* Olim jus aureorū & alia ſimilia dabātur. *Dd. ad tit. de jur. aur. annul. Matth. Steph.* 2. *de juriſd. p.* 1. *c.* 6. *memb.* 2. *n.* 7. *& ſeqq.* Soli cives Romani togati erant, quòd aliis nonnunquam ex Privilegio competebat. *Dionyſ. Gothofr. ad l. ſed ſi accepto.* 32. *ff. de jur. fiſc.* Sic Magnus Dux Moſcovitæ veſtes ex dignitate metitur. *l'Eſtat de Moſcovie. n.* 22. *Accedunt Conſtitutiones imperij & bona conſtitutarum Rerum pub. ordinationes* (*ſed proh dolor*)

*dolor) lento & minùs firmo gradu* (*i*) *De qua Beſold. 2. polit. 5. §. 29. 36. Nolden. d'Nobil. th. 81. 82. 142. Dominic. Arumæ. diſp. Baſil. vol. 5. vid. Dn. Buxtorff. ad AB., concl. 40. e.* Inde tot tantiq; conflictus, *V. Iacob. Gothofredus de jure præcedentiæ diſp. ſingul.* Galli & Hiſpani, *Beſold. d. c. 5. §. 30. Th. Lanſ. in conſultat. pro Gallia pag. m. 195. Thuan. hiſtoriæ lib. 36 & 56.* Angli & Hiſpani, *Beſold. 2. pol. 5. §. 31.* Meguntini & Colonienſis EE. *Dn. Buxtorff ad AB. concl. 40. f.* Archiep. Colonienſis & abbatis Fuldenſis, *Beſold. d. c. §. 33. Buxtorff d. concl. lit. g.* Ducis Burgundiæ & Electorum, *poſt Goldaſt. de Majoratu lib. 1. fol. 111. Beſold. d. l. §. 34.* Hoc autem obſervandum, quòd inter ejuſdem familiæ principes (uti Brunſuicenſes & Luneburgenſes) ætatis prærogativa ut plurimùm ſpectari ſolet, *Ant Coler. de jur. Imp. Rom. th. 69. Reinek. 1. de Reg. cl. 4. cap. 17. n. 27.* Ex privilegio in Hiſpania ſingulare hoc habent, quos Grandes vocitant, quòd coram rege caput tegant, uxores ipſorum à regina honorificè ſalutentur & in pulvillis ſedere jubeantur, *Iacob. Aug. Thuan. lib. hiſt. 46.* Pariſiis poſt Regem & Delphinum Rector Academiæ in inceſſu primus eſt, *Petr. Eiſenberg. in itinerar. Gall. pag. m. 174. Matth. Steph. 2. de juriſdict. pag. 1. cap. 7. num. 135. & ſeqq.*

(*k*) Strenuè & impigre operam ſuam Reip. commodantibus præmia propoſita erant, qualia ſunt munera militaria, cohortis prætoriæ communio, augmentum Stipendii, præda & dona imperatoria. *Ioh. Roſin 10. antiquit. Rom. cap. 26.* Singulis etiam aliquando pecunia. *Roſin. d. loc.* aliquando ador, nunc far appellatum in præmium dabatur, *Dn. Ioh. Pincier in lib. 3. Parerg. otii Marpurg. cap. 5. & 6.* Nonnunquam Coronæ, Civica civi, ob ſervatum civem, Muralis ei, qui murum primus conſcendit, Caſtrenſis, caſtra hoſtium primo omnium aggredienti, Navalis, in hoſtium navem tranſilienti, Obſidionalis, duci ab obſidione liberanti, Tryumphalis, Imperatori ob devictum hoſtem; conferebantur, quarum ſingulæ de certa materia & forma *vide l'Eſtat de l'Egliſe n. 21. pag. m. 344. Roſin. in antiquit Rom. lib. 10. cap. 27.* Imperatoribus præterea ob inſignem aliquam victoriam Supplicatio concedebatur, ad quæ Senatus Deorum templa aperiri, Diis gratias agi & ſacrificari jubebat, dato epulo, *Petr. Frider. 1. de Proceſſ. cap. 3. num. 3.* Sin devictus eſſet hoſtis non adeò magni momenti, imperator ovans præeunte exercitu myrteâ coronâ inſignitùs pedibus urbem ingrediebatur, ovem in capitolio immolaturùs, *Roſin. d. lib. 10. cap. 28.* Tryumphus, ſummum Reip. Romanæ præmium, Imperatori ob res in bello plæclarè & feliciter geſtas devicto magno hoſte decernebatur, *quam pompam prolixè perſequitur Ioan. Roſin in Antiquit. Rom. lib. 10. c. 29. & ibidem Thomas Dempſterus in Paralipomenis pag. m. 1672. & ſeqq. paucis l'Eſtat de l'Egliſe num. 21.*

(*l*) Quin feudum à Principe rectè procedat nulli dubium erit. *FF. ad tit. qui feud. dar. poſſ. Carol. Tapia ad rubr. de Conſtit. princ. cap. 4. num 21.* quod tamen tum demum inter privilegia rectiùs refertur, quando contra vulgarem feudi naturã. vel res mobilis, vel directum dominium, vel ut ad filias perveniat, vel etiam aliâs incapaci, conceditur, *Gothofr. Anton. diſp. feudal. 1. theſ. 2. a. Dn. Roſenthal. de Feud. cap. 1. concluſ. 7. num. 3. & 4. Borcholt de Feud. cap. 1. num. 8. Garſ. Maſtrill. 3. de Magiſtrat. 10. num. 423. & ſeq.* Ita Rex Sueciæ ſubditis benemeritis pro regia munificentia certum ruſticorum numerum largitur, quibus vitæ ſuæ tempore uti licet, *l. Eſtat de Suede. num. 13.*

(*m*) In

(*m*) In Palatinatu, Diœceſi Spirenſi, alibi uſu receptum, ut per annum ibi locorum ſubſiſtens homo proprius fiat, ſed exemptionem impetrare licet à principe. Sic Friſonibus indulſit Imper. Carolus M. ut cum omni ſua prole nata & naſcitura in perpetuum liberi maneant, & à ſervitute proprietaria penitus ſint abſoluti. *Guicciardin. in Friſ. pag. m.* 284. Ita ſervi peregrini ut primum Galliæ fines penetraverint, eodem momento liberi evadunt, *Lanſius in conſultat. pro Gallia pag. mihi* 157. *poſt Bodin.* 1. *de Repub.* 3. *Thuan. hiſtor. lib.* 11. *in reſponſione Guiſii ad Avilam.* Ita quoque privilegio Caroli M. à Friderico I. ſub Anno 1180. confirmato Reipub. Bremenſis incola libertatem anno & die acquirit. *ſtatut.* 4. *ubi gloſſ.* (*n*) Huc facit, quod Carceribus aliquis mancipari nequeat, uti olim civis Romanus. *LL.* 2. *tab. Tab.* 9 & debitores qui non ſunt ſolvendo, ſi Dordrechtam eant, creditores ſuos eò ſine metu carceris convocant ex privilegio antiquo. *Guicciardin. in Holland. pag. m.* 294. Quòd judicis electionē habeat, nec invitus ad aliud forum poſſit trahi, minus alienari; quale Privilegium Friſiis orientalibus à Sigiſmundo Imp. Anno 1417. conceſſum. *additur Hamconio de Friſia pag. m.* 122. Ita Franciæ patricius criminis poſtulatus, non niſi in curia Pariſienſi, ac convocato patriciorum omnium collegio, cauſam dicit, *Cormerius in Codice Henrici IV. lib.* 7. *tit.* 8. §. 4. *poſt Papon. lib.* 4. *tit.* 5. *Arr.* 1. Quòd libero religionis exercitio utatur; uti apud Venetos Græci & Iudæi. *L'Eſtat de Veniſe num.* 18. Quòd arreſtari quis nequeat; uti ſub Ioanne III. à Carolo IV. Imp. Anno 1349. impetrarunt Brabantini, *Guicciardin. in Brabantia pag. mihi* 206. Ita in Moſcovia ſine Magni Ducis permiſſu Medico extero uti nulli licet, *L'Eſtat de Moſcovie n.* 31. Inter Patavinæ Scholæ privilegia expreſſe fuit cautum, ne quiſpiā opificium cum ſtrepitu exercens prope collegia aut auditoria habitaret; & ſi quis ſtudioſorum commigraret in viciniam ejusmodi opificis, ut tum opifex vel loco cedere, vel ab omni ſtrepitu, dum ſtudiis vacaretur, abſtinere cogeretur. *Dn. Graſſerus in itinerar. minore pag. m.* 397. *in Patavio.* Ita indulgentiæ in Privilegium veniunt, ſicuti oranti pro Rege Gall. centum dies indulgentiarum conceſſit Clemens, & decem Innocentius IV. *ſecundùm S. Thomam allegatum a Lanſio in Conſultat. pro Gallia pag. m.* 181. In Chinam intrare exteris ſine venia Regis non licet, ut nec incolis ſine ea exire; exeuntes autem cautionem de redeundo præſtant. *L'Eſtat de la Chine num.* 35. ſimile in Anglia obſervatur, non ſine peregrinantium mora & diſpendio.

## *CONCLUS. XXV.*

Ipſum eſſe Privilegii in eo conſiſtit (*a*), quod contra (*b*), jus univerſale (*c*), aut notoriam conſuetudinem (*d*) diſponat.

(*a*) Quod formam appellamus; ſiquidem Forma dat eſſe rei, *l. ſi is.* 80. *§.* 1. *ff. ad l. Falcid. Gail.* 1. *obſ.* 124. *num.* 2. *& lib.* 2. *obſ.* 19. *n.* 16. qua ſublata res corruit, *Everhard. in Top. loc. à defectu formæ.* 10. *num.* 1. *Gail.* 2. *obſ.* 4. *n.* 5. *& obſ.* 19. *n.* 15. Quòd de Eſſentiali veriſſimum; Sed & verum de accidentali ſive Externa, *quam vocant logici communiter.* ut omiſſio formæ à lege vel ſtatuto datæ actum reddat ipſo jure nullum, *l. cum hi.* 8. *§. ſi prætor. ff. de Transact. l. qui Romæ.* 122. *§. Flavius. ff. de V. O. l. hac conſultiſſima.* 8. *C. de Teſtam. l. non dubium C. de LL. Auth. ad hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. Peregrin. Iannin. de citat. real. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 150. *& ſeqq. c. cum dilecta.* 22. *ubi gl. in verb.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0065-1

*juris ordinem. de Reſcript. Gail.* 2. *obſ.* 19. *num.* 17. ut ad unguem ſervanda ſit, nec per æquipollens poſſit adimpleri, *Gail. d. n.* 17. *vid. Alphonſ. Vilagut. de Extenſ. leg. pag.* 162. *& ſeqq.* nec diſtinguitur an actus ſit favorabilis, nec ne, *per text. in l. qui Romæ. §. Flavius Hermes. ff. de V. O. Tiraquell. ad l. ſi unquam. in verb. revertatur. num.* 67. *C. de Revoc. donat. Schurph. conſ.* 60. *n.* 20. *cent.* 1. *& conſ.* 25. *num.* 4. *cent.* 3. quando autem dicatur forma à lege vel ſtatuto data, *vide novem modos apud Peregrin. Iannin. de citat. real. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 159. *& ſeqq. pag. m.* 401. (*b*) Errant tamen, qui abinde Privilegia juri communi ſimpliciter contraria eſſe, aſſerunt: Nec enim (*ut rectè Generoſus Enenckel lib.* 1. *c.* 3. *num.* 26.) tollunt, ſed ſuſpendunt; non evertunt, ſed molliunt: non infringunt, ſed remittunt: *uti hoc ſuperius quoque in definitione oſtenſum*, imò & addunt ſive adjiciunt aliquid juri communi, *gl. in c. causâ de Reſcript. gl. fin. in c. fin. de Transl. Epiſc.* (*c*) Nam jus commune, omnibus æqualiter ſcriptum, & Lex, commune eſt præceptum, nec ad ſingulos ferenda, *l. jura. ff. de LL. l. leges. C. eod. Ariſtot.* 3. *polit.* 9. *in princ. Cic.* 3. *de LL. A. Gellius lib.* 10. *noct. Attic. cap.* 20. *Petr. Vanderan. in prolegom. de Privileg. creditor.* Secus ſe habet in Privilegio, *uti ex lit. ſeq.* (*d*) Fruſtra per privilegium quæritur, quod de jure communi competit, *arg. §. ſi res aliena.* 6. *Inſtit. de Legat. l.* 34. *§.* 1. *ff. de Legat.* 1. *l. ſi quis ingenuam.* 21. *§.* 1. *ff. de Captiv. & poſtlim. rev. l. imperatores.* 30. *ff. de Reb. author. jud. poßid. l. unic. C. de Theſaur. c. contra morem. diſt.* 100. *c. hinc eſt.* 16. *quæſt.* 1. *Ioh. Aquila de Poteſtate monetæ pag. mihi* 10. *Enenckel.* 1. *de Privileg. in genere, cap.* 6. *num.* 7. *Magerus de Advocatia. cap.* 8. *num.* 372. Concernit igitur Privilegium ſemper aliquod à jure communi aliâs ſua generalitate vel neglectum (quò Privilegia in Codice comprehenſa refer) vel ſpecialiter, contra, præter aut ſupra illud indultum, *l. ſi miles.* 3. *l. ex militari.* 11. *ff. de Teſtament. milit. l.* 1. *§. fin. ff. Ad Municipal. l. quod placuit.* 37. *ff. de jur. fiſc. l. quæ ex relationib.* 2. *& l. ſeq. C. de LL. gl. in c.* 1. *de Conſtit. c. abbati.* 25. *de V. S. Iacob. Gothofred. in not. ad LL.* 12. *Tabul. in tab.* 9. *Enenckel.* 1. *de Privileg.* 3. *num.* 4. *Dn. Roſenthal. de Feud. c.* 1. *concl.* 7. *d. per Dd. ibi allegatos.*

## *CONCLUS. XXVI.*

Sed variat etiam Privilegium (*a*), ex concedendi (*b*), & accipiendi (*c*), modo: Conceditur autem vel ſine (*d*), vel cum inſtrumento (*e*).

(*a*) Quæ forma accidentalis eſt, & qua variante ipſum eſſe Privilegii non protinus intercidit, *uti è ſequentib. patebit, & tradunt uberius Philoſophi in tit. de Forma.* facitque magis ad exiſtentiam, quàm eſſentiam. (*b*) *uti è concluſionibus ſequentibus apparebit.* (*c*) *de quo concluſ.* 29. (*d*) Privilegia ſæpè inter leges, corporique juris inſerta reperiuntur, *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſput.* 7. *num.* 6. *l. neminem.* 64. *Cod. de Decurion. l.* 6. *Cod. de Fructib.* quæ quàm varia ſint *vide illuſtr. Enenckel. lib.* 1. *c.* 9. *num.* 11. necnon in Aurea Bulla, *Sixtin.* 1. *de Regal.* 5. *num.* 9. & conſtitutionibus imperii habentur, *Sixtin. d. loc. num.* 18. Aliâs citra legem ſpecialiter indulgentur, *Lud. Carbo de LL. d. loc. Enenckel. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. *Sixtin. d. loc. num.* 27. & tum, An Scriptura ad Privilegii conſtitutionem neceſſaria ſit, controverſiâ

non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0066-6

non caret: Ad eſſentiam Legis eam non requiri ferè communiter Doctores noſtri ſtatuunt, *arg. §. ex non ſcripto. Inſtit. de I. N. G. & C. Ant. Matth. colleg. inſtit. diſput.* 1. *theſ.* 19. *Hoenon. diſput.* 1. *theſ.* 15. *Dn. Vultei. ad §.* 3. *num.* 3. *Inſtit. de I. N. G. & C. Weſenbec. in parat. Cod. de LL. num.* 5. *And. Gerhard. Exercit. Iuſtinian. dec.* 1. *theſ.* 6. *Arumæ. Exercit.* 1. *theſ.* 16. *Sichard. ad rubr. Cod. Quæ ſit longa conſuetud. num.* 7. Sed bene ad exiſtentiam, *Dd. jam citati.* verùm quum Principales conſtitutiones inter jus ſcriptum referantur, *§. conſtat. a. Inſtit. de I. N. G. & C.* & de die & conſule ex ſcriptis conſtare oporteat, *l.* 4. *Cod. de Diverſ. reſcript.* nec non à Principe propriè reſcribi dicantur. *ſecundùm VVeſenbec. in paratit. Cod. de LL. n.* 4. maxime SI CONTRA IVRA emanent, Scripturam requiri, videtur. *l. idem Vlpianus.* 12. *§. ſunt & alij.* 1. *ff. de Excuſat. tutor. Camill. Borrell.* 2. *de Magiſtrat. edict. cap.* 10. *num.* 29. *poſt Nattam. conſ.* 420. *num.* 45. *Volum.* 2. *& alios à ſe allegatos.* Econtrario ad valorem GRATIAE eandem non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere fieri per verbum Fiat, *c. inſtitutionis.* 25. *quæſt.* 2. *Clem. Dudum. Verb. in quib. per ipſos. de Sepult.* quum Principis donatio inſinuatione non egeat, ſed ſtatim ac fit, perfecta ſit, *Gail.* 2. *obſ.* 39. *num.* 25. *mult. ad hoc citat Sanchez. de Matrimon. lib.* 8. *diſput.* 29. *num.* 2. *l. ſancimus. §. exceptis. Cod. de Donat. Garſ. Maſtrill.* 1. *de Magiſtrat.* 4. *num.* 22. *Ant. Gabriel. lib.* 3. *de Donat. concluſ.* 1. *num.* 22. Ita Trajanus Imper. ſolo verbo, non autem diplomate aut libello Privilegia conceſſit, ne in conſequentiam cederent, *Capitolinus. Ferrar. ad l. Privilegia* 156. *ff. de R. I.* & in Anglia equeſtrem dignitatem genu nixus, ſi à rege gladio evaginato ad humeros leviter tangatur, addito, Soyes Chevalier, au nom de Dieu, hoc ſolo ſortitus dicitur, *Thom. Smith.* 1. *de Repub. Anglor.* 18. Nec ſolùm verbis, ſed & facto ipſo Privilegium obtinetur; ut, ſi Princeps aliquid ſtatuat vocetque Privilegium & Privilegiorum ſigillo obſignet, conſtat ipſum velle infringere legem, *Bald. in l. lapilli. col.* 3. *verſ. ego dico. ff. de Rer. diviſ. Vide Enenckel.* 1. *de Privileg. cap.* 9. *num.* 18. ſi in magno procerum conventu pileus à Principe imponatur, nobilitas collata cenſetur, *Nolden de Nobilit. theſ.* 48. & ſi inhabilis à ſciente hoc Principe ad munus aliquod admittatur, habilis redditur, *arg. l. Barbarius Philippus ff. de Offic. Prætor. l. quidam conſulebat.* 57. *in fin. ff. de Re judic. Sanchez. lib.* 8. *de Matrimon. diſput.* 4. *per tot.* attamen ſcientia principis quomodocunque probanda eſt, *Sanchez. d. diſput.* 4. *num.* 3. *&* 5. *& num.* 17. *ibid.* etiam inferiores à Principe tacitè diſpenſare poſſe docet. Eſt autem providentiâ Dei literarum uſus adinventus, ut oblivioni hominum ſuccurreretur, *uti ait Ioann. Petr. Ferrar. in præfat. prax. aur. num.* 1. Inde Carolus M. *in princip. privilegij Friſonib. conceſſi, cujus copia apud Guicciardin. in Friſia pag. m.* 283. *& Hamcon. in hiſt. Friſ. p. m.* 118. Ne ea, inquit, quæ aguntur in tempore, ſimul cum tempore labantur, ſolet judicii teſtimonium ſcripturæ memoriâ perennari: ea propter quæ à nobis facta ſunt (ad oblivionis confuſionem evitandam:) univerſorum notitiæ cupimus præſentium fide declarari &c. & generaliter ſcripturæ fiunt, ut quod actum eſt, per eas faciliùs probari poſſit, *l.* 4. *ff. de Pignor. l.* 4. *ff. de Fid. inſtrum. Weſenbec. in paratit. de Fid. inſtrument. num.* 6. Itaque ad probationem Privilegii ſcriptura maximè confert, ſive ſit contra jus impetratum, ſive ſit gratiæ, *c. porro. de Privileg. Bald. in l. humanum.* 8. *Cod. de LL. Boſſius tit. de Principe. num.* 292. *Camill. Borrell.* 2. *de Magiſtrat. edict.* 10. *num.* 27. *& ſeqq. Enenckel. lib.* 1. *de*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0067-2

*Privileg.* 9. *num.* 40. *alij ab hiſce adducti.* Vt de forma accidentali meritò eſſe videatur, *l. ſacri.* 6. *Cod. de Diverſ. reſcript. Weſenbec. in paratit. Cod. de LL. num.* 5. *Enenckel. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 39. Præſertim haud ampliùs ambigendum de eo ſi loci conſuetudo ſcripturam deſideret, quæ ſemper ſpectanda; *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſput.* 7. *num.* 5. & tum ejus omiſſio vitiat actum *per ea quæ habet Enenckel. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 53. *Moller.* 4. *ſemeſtr.* 11. *num.* 2. *unde Bald. in c. capitulum. col. pen. de Reſcript.* In lingua Principis, inquit, ſtat gratia, in Scriptura teſtimonium, in exequutione commoditas.

(*e*) Inſtrumentum ab eo quod inſtruat dictum. *l.* 99. §. 2 *ff. de V. S. ubi Dn. Gœddæ. num.* 4. *Vmmius d.* 17. *num.* 1. generaliter omne id, quo cauſa inſtrui poteſt, ſignificat. *l.* 1. *ff. de Fid. inſtrum. d. l.* 99. *ubi Dd. Treutl.* 2. *diſput.* 5. *theſ.* 1. *a.* propria tamen ſignificatione ponitur pro Scriptura fidem rei in ea expreſſæ faciente, *l.* 5. *Cod. de Probat. l.* 19. *Cod. de Fid. Inſtrum. l.* 2. *Cod. de Iur. emphyt. Ilico Vmmius ad proceſſ. diſput.* 17. *num.* 1. & 3. propriiſſimè ſumitur pro publica Scriptura, *arg. l.* 1. *Cod. de Iuram. propt. calumn. ubi Sichard. num.* 9. *Weſenbec. in parat. de Fid. inſtrum. num.* 2. tum quatenus à Notario publico fit, Forenſe à Dd. *Ilico Vmmius d. diſput.* 17. *num.* 5. *faciunt cap.* 1. & 2. *de Fid. inſtrum.* quatenus à magiſtratu & in præſentia ipſius confectum eſt, publicum κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur, *l. ultim. Cod. de judic. l.* 2. *Cod. de Teſtib. Vmmius d. diſput.* 17. *num.* 4. Quò inter reliqua Privilegium Inſtrumentatum, *vel inſtrumento conſignatum:* quod à Privilegiario aſſervatur, *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſp.* 7. *num.* 6. referendum eſt, *Ilico Vmmius d. diſput.* 17. *theſ.* 2. *num.* 11. quod in quodam verborum genere certaque eorundem ordinatione præſcriptaque ſententia, juxta praxin uſumque à Principe conſuetudinevè introductum, conſiſtit, *Ludov. Carbo de LL. lib.* 9. *diſp.* 6. & formula potius, quàm forma dici meretur, *Enenckel. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. Ita antiquitùs certas privilegiorum formulas requiſitas fuiſſe, teſtis eſt Barnabas Briſſonius, *lib.* 2. & 3. *de Formulis Romanis.* Quoniam igitur, pro temporum locorumque diverſitate variant, ſemper ſtylus curiæ attendendus eſt, *Enenckel.* 1. *de Privileg.* 9. *num.* 10. *l. Labeo.* 21. *ff. de Stat. lib. l. ult. in fin. Cod. de Injur. c. quam gravi. in princ. de Crim. falſ. c. fin. & ibi Dd. de Conſuetud.* Reichs Abſch zu Speyr. *de Anno* 1570. §. Wiewol auch. cæteroquin Privilegium redditur invalidum, quia ſtylus vim legis & conſuetudinis habet, *CC. cõmuniter in c. ex parte.* 3. *de Reſcript. c. porrecta. de Confirm. util. Enenckel. d. c.* 9. *num.* 3. *Everh. in Top. in loc. a ſtylo curiæ. Rauchbar. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 26. *Menoch.* 1. *conſ.* 100. *num.* 74. *Vant. de Nullitat. rubr. Quib. mod. ſentent. null. num.* 107. *cum ſeq. Gail.* 1. *obſ.* 65. *num.* 8. & *de Pignorat. obſ.* 13. *num.* 8. Ad minimum contra ejusmodi reſcriptum præſumitur, *per allegata apud Enenkel. d. c.* 9. *num.* 4. *facit text. in c. ad falſariorum. de Crim. falſ. Ayrer. proceſſ. hiſt. part.* 1. *cap.* 3. *obſ.* 1. *n.* 17. *Decian. conſ.* 119. *n.* 72. *vol.* 2.

## CONCLUS. XXVII.

Inſtrumentum ſive diploma ejusmodi utplurimum (*a*), in Pergameno (*b*), verbis perſpicuis (*c*), lingua conſcribitur recepta (*d*), præmiſſo Principis cõcedẽtis nomine (*e*), nõnũquam

quam etiam invocatione divini nominis (*f*), Res indulta exprimitur (*g*), additâ conceſſionis causâ (*h*), aut, loco ejus, clauſulâ, eam includente (*i*).

(*a*) Variare ſtylum inſtrumentorum & privilegiorum dictum eſt. *in concluſione antecedente.* Imperator autem actum ſpretis ſolennitatibus juris civilis conficere poteſt, *arg. l. 14. ff. de Manum. l. ex imperfecto. 3. C. de Teſtam. Matth. Steph. 2. de juriſdict. part. 1. c. 1. m. 2. num. 42. & ſeqq. uti & ſuperius monitum.* Sed inferiores à Principe, quis dicat omni legum ſolennitate ſolutos, id quod ex hypotheſi facilè dijudicare licebit. ex diuturnitate temporis tamen & propter difficilem probationem omnia præſumuntur ſolenniter acta, *Gail. 2. obſ. 13. num. 15.* (*b*) Reſcriptum in membrana ſcribendum eſt, *l. ſacri affatus. 6. ubi Dd. C. de Diverſ. reſcript.* quod in inſtrumentis Notariorũ omni dubio caret *ex conſtit. Maximil. I. Imp. de An.* 1512. *§.* vnd nach dem. *Mynſi. 1. obſ. 80. Vid. Gail. 1. obſ. 119. n. 3. & 4. Rutg. Ruland. 2. de Commiſſ. 5. cap. 7.* ubi & hîc locorum conſuetudinem reſpiciendum teſtantur. Quis autem Imperatori modum præſcribet, conficiendi & ſcribendi privilegia in membrana vel charta, *Ruland. de commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 4. num. 25.* Alioqui ſic uſu obtinere quotidie videmus, *Maranta. part. 6. de product. inſtrum. num. 32. & ſeq.* ut etiam hujus defectu proceſſus ad videndum ſe incidiſſe in pœnam violati privilegij denegati ſint 24 Maij Anno 1591. *uti meminit Magerus de Advocatia cap. 17. num. 210.*

(*c*) Obſcuritas Privilegiorum noverca eſt, *Enenkel. 1. de Privil. 9. num. 34. c. auditis de Præſcript. Menoch. de Arbitrar. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 88. num. 2.* nam quod multipliciter intelligitur, ejus veritas ignoratur, *Everhard. in topic. loc. 92. num. 7. circa princ.* at lex debet eſſe certa, *c. erit. diſt. 4. Innoc. in c. abbate. de V. S.* Si tamen fieri poteſt, verba obſcurè prolata ad communem intelligentiam reducenda, *c. ex literis. 7. de ſponſal.* non ſupervacuè, ſed cum effectu accipienda, *l. poſtliminij jus. 5. in fin. ff. de captiv. & poſtlim. in reverſ. l. 1. in fin ff. Ad Municipal.* & abſurdum vitandum, *L. nam abſurdum. 7. ff. de Bon. libert. Sed de his uberius ubi de Interpretatione dicendum erit.* quamvis a. legem brevem eſſe oporteat, quæ jubeat, *non diſputet, Seneca in epiſt. 95. aliis lib. 14. Epiſt. 93.* cavendum tamen cumprimis ab abbreviaturis, zifferis & ſiglis ſive ſinglis, *de quib. Imp. in proœm. ff. in fin. & Nov. 107. c. 1. Maximilian. I. Imperat. in* Reichs Abſchied *Anno* 1512. *§.* Vnd nach dem. Error verò in literis vel conſtructione commiſſus non nocet, niſi privilegij ſenſum ſimul tollat, *Felin. in c. indignum. diſt. 38. Speckhan. Qq. cent. 1. quæſt. 75. Enenckel 1. de Privileg. cap. 9. num. 35.*

(*d*) Quamvis, quæ juris civilis ſunt, linguâ Latinâ potiſſimum fiant, ſicuti decreta à Prætoribus Latinè interponi debent. *L. decreta. 48. ff. de Re judic.* tamen etiam alia lingua admittenda, ſicuti teſtamenti factio (quæ juris civilis eſt, *per l. 1. ff. ad L. Falcid. §. 3. Inſtitut. de Teſtamen. l. 120. ff. de V S. Dn. Gœdd. ad l. 2. §. 1. num. 27. ff. V. S. & de contrah. & de commit. ſtipulat. cap. 2. concluſ. 1. num. 22.*) ex Thodoſij conſtitutione Græcis verbis fieri poteſt, *per l. hac conſultiſſima. in fin. Cod. de Teſtam. Borcholt. de V. O. cap. 1. num. 66.* Sic ſtipulatio, *L. 1. §. eadem. ff. de V. O.* etiamſi per interpretem demum quid agatur, intelligatur, *per l. 1. §. fin. ff. de V. O. Borcholt. d. cap. 1. num. 61.* Si tamen aliud ſit conferentis,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0069-7

aliud impetrantis idioma; In legibus, loci, ad quem dirigitur, idioma ſpectandum eſſe vulgatior opinio eſt, *arg. l. etſi pupillus. §. proſcribere. ff.* de *Inſtitor. l. 1. circa fin. Verſ. ne autem per ſcripturam. C. de Vet. jur. enucl. Enenckel lib. 1. cap. 9. num. 55. poſt Romanâ ſe citatum* in gratia, ut, &, ſi à plurimis intelligi queat, tertia quædam utrique communis, uſurpanda, veluti Latina, *per c. & ſi Iudæos. & c. in nonnullis de judæis.* Sicuti, illud in Privilegiis Hanſæ Teutonicæ conceſſis obſervavi factum. In Germania quoque Privilegia Linguâ Latinâ concipi ſolebant, uſque ad Rodolphi Habsburgici tempora ad annum 1273. *Cyriac. Spangenberg in Chron. Saxon. cap.* 264. *Herman. Kirchner. de Legat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 32. Qui (ſive quòd aulicorum ſuorum ignorantiæ & nobilitatis inſcitiæ conſuleret, *Aventinus lib* 6. *annal.* ſive linguæ vernaculæ majeſtatem dare cuperet. *Petr. Heig. Qq. jur. part.* 1. *quæſt.* 7. *num. ult.* utpote quæ aliis dignitate & elegantia non cedit, *Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerump. lib.* 3. *cap.* 22. quamvis eam aliarum matricem non ducam *cum Vander Mylen de Ling. Belgica. cap.* 20.) lege publicâ ſancivit, ne mandata, edicta, reſcripta, Privilegia, inſtrumenta, aliâ, quàm Teutonica linguâ conſcriberentur, *Petr. Heig. & aliį ſuperiùs citati.* à quo tamen uſu rursùm receſſum, *Enenckel,* 1. *de Privileg.* 9. *num. ult. Denais. jur. Cam. tit.* 148. *§.* 2. ReichsAbſchied *de Anno* 1512. *§. Item* die Notarien. Verum enimvero quum jus dandæ linguæ de reſervatis Principis ſit, *de quo ſupra concluſ.* 19. *lit. m.* ejus poteſtas ad certam linguam non erit adſtringenda; Solent tamen utplurimùm vernaculâ linguâ in hiſce uti: Ita Ludovicus XII. Galliarum Rex publicâ ſanctione Senatusconſulta Latinis verbis concipi prohibuit. *Petr. Heig. d. quæſt.* 7. *num. ult.* & Turcarum legibus nihil ligat, niſi quod Turcica lingua conſcriptum eſt, *poſt Bemb. lib.* 4. *hiſt. Venetæ Enenckel lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 19. Apud Chinenſes verò ſingulari Lingua utuntur docti, quam Mandarin appellant, cujus in aula & foro ſolùm uſus eſt. *L'Eſtat de la Chine num.* 19.

(*e*) Nomen Principis præmittendum, *Nov.* 47. *cap.* 1. *Nov.* 44. *cap.* 2. *Dn. Buxtorff ad A. B. concluſ.* 2 *b. Enenkel.* 1. *de Privileg.* 9. *num.* 18. *Salicet. in l. univerſa.* 7. *num.* 2. *C. de Diverſ. reſcript. Camill. Borrell.* 2. *de Magiſtrat. edict. cap.* 12. *num* 1. *& ſeqq. Vivius* 1. *commun. opin.* 155. utpote quod rem decorat, *§. ſed nos,* 4. *Inſtit. de SC. Tertul.* quin & ita ferente conſuetudine, annus imperii addendus, *Nov.* 47. *cap.* 1. *Dd. in cap.* 1. *de Fid. inſtrum. gl. in c. quoties.* 1. *quæſt.* 7. *verb. conſulibus.* Privilegiarij perſonam nominare haud opus eſt, ſed ſufficit demonſtratio. *arg. §. ſiquidem verſ. nomina Inſtitut. de Legat. L. ad recognoſcendos.* 10. *C. de Ingen. manum. L. ſi in rem.* 6. *in fin. ff.* de *Reivend. vide Rittershuſ. ad LL.* 12. *tab. pag.* 44.

(*f*) Quæ tamen de ſubſtantia inſtrumenti etiam forenſis non eſt jure civili, *Ayrer proceſſ. jur. pag.* 1. *cap.* 9. *obſervat.* 9. *num.* 12. *& ſeqq. Covarruv. pract. quæſt.* 20. *num.* 1. *Hænon. diſput.* 1. *theſ.* 3. niſi conſuetudo loci aliud exigat, ReichsAbſcheid *Anno* 1512. *§.* Vnnd nach dem. *Ortlep. in examin. notarior. quæſt.* 47. *num.* 1. *fol. m.* 16. *Coſtal. in pr. adverſar. Dn. Buxtorff ad A. B. concluſ.* 2. *a. Petr. Denais. in jur. Cameral. tit.* 149. *§.* 1. *Ilico Vmmius diſput. ad proceſſ.* 17. *theſ.* 3. *n.* 13. *Ayrer d. obſerv.* 9. *num.* 19. *Enenkel. dict. cap.* 9. *num.* 16. Et quamvis olim in Privile-

giis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0070-9

giis quoque uſurpari ſit ſolita, hodie tamen non uſquequaque adhibetur, niſi ſi inſtrumentum notarii interveniat, uti plerumque fit, ſi ab alio quàm Principe concedatur. (*g*) de qua ſuperius dictum eſt. *concl.* 1. *&* *ſeqq.*

(*h*) Cauſa movens Principem exprimenda *l. niſi.* 10. *l. minor.* 18. *§.* 1. *in verb. incoloratè. ff. de Minoribus. arg. l.* 3. *C. de Quadr. præſcript.* quum ſe in conceſſionibus ad jura ferè conformet Princeps. *Dn. Reineking.* 2. *de Regim. cl.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. *Dn. Vultei. conſ. Marpurg.* 19. *num.* 51. *&* *conſ.* 22. *num* 21. *vol.* 3. ſiquidem perſona ejus non ſolùm animis, ſed etiam oculis ſervire debet civium. *Cicero Philipp. orat.* 8. ut tamen ea ſemper exprimatur, nec conſultum, nec neceſſarium eſt, *Enenkel. d. cap.* 9. *num.* 32. *&* *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. nam nimis humiliter ſummorum Magiſtratuum res erunt, ſi ſufficere minimis debent. *inquit Euphormio Satyricus part.* 2. *pag. m.* 294. Exprimendam tamen eandem communiter tenent, ſi ad preces, *de quo jamjam agemus* ſit impetratum, *Grammat. deciſ.* 65. *num.* 31. *&* *ſeqq.* & olim Privilegiis ad preces conceſſis ſolenniter inſerebatur Clauſula: Si preces veritate nitantur, *l. ult. C. de diverſ. reſcr. cap.* 2. *de Reſcript. Dec. conſ.* 350. *viſis. num.* 1. quæ tamen hodiè neceſſaria non eſt ſaltem jure Canonum. *CC. in cap.* 2. *de Reſcript.* ſed tacitè ineſſe intelligitur, ut omnia Privilegia hanc conditionem habeant, *l. fin. in pr. ubi gl. C. de Diverſ. reſcript. l. ſi ut proponis.* 5. *C. de Nupt. cap.* 2. *de Reſcind. vendit. c. ſuper literis.* 20. *de Reſcript.* Weſenbec. *in parat. C. de Diverſ. reſcr. num.* 5. *Enenkel. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 34. *Oldendorp. de Except. adverſ. reſcript. num.* 18. *pag. m.* 37. *Mynſ.* 4. *obſer.* 8. *num.* 6. *&* 7. *&* *conſ.* 19. *num.* 10. *Gail.* 1. *obſer.* 14. *num.* 1. *&* *de PP. cap.* 5. *num. ult.*

(*i*) Nonnunquam loco cauſæ ſpecialis, inculcatur Generalis, Pro meritis & officiis præſtitis & deinceps præſtandis; quæ in principe abunde ſufficit, aliâs inſinuationem in donatione remuneratoria non ſubmovet, *Mynſing.* 4. *obſerv.* 75. *num.* 2. De Clauſula Motus proprij *infr. concluſ.* 29. *h.* *&* *ſ.* Clauſula, NON OBSTANTE &c. videtur innuere cauſam, cur contra legis diſpoſitionem eatur, *Petr. Anton. Petra de Pot. princ. fol.* 655. proinde inſerenda eſt reſcripto, *per ea quæ Cuppenerus ad Auth. Habita pag. mihi.* 84. præſertim ſi lex contineat prohibitionem Privilegij in contrarium, *L. ult. Cod. de Canon. frum. urb. Rom. Felin. in c. nonnulli de Reſcript. Enenkel. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 27. *Menoch. conſ.* 36. *num.* 56. *&* derogat omnibus aliis diſpoſitionibus ac privilegiis contrariis, *Bart. in l. ult. ad fin. Cod. ſi contr. jus vel utilit. publ. Reuſner.* 2. *conſ.* 12. *num.* 84. *Menoch. conſ.* 181. *num.* 37. *Gail.* 2. *obſerv.* 4. *num.* 4. *Mynſing. conſ.* 19. *num. ult.* cenſeturque Princeps, hâc adhibitâ, uti abſoluta poteſtate, *L. ſed in hoc. ff. de Excuſat. tutor. Varis. conſ.* 11. *num.* 5. *vol.* 4. *Curt. ſen. conſ.* 65. *num.* 12. Indeque Comites Palatini hac derogatoriâ propter auctoritatis defectum uti nequeunt, *Sixtin.* 1. *de Regal.* 4. *num.* 112. Tantæ verò efficaciæ dicitur, ut contra eam non currat præſcriptio, *ſecundùm Archidiacon. in c. cum de beneficio. de Prebend. in* 6. *Schurpff. conſ.* 14. *cent.* 1. *Mynſing. conſ* 19. *num.* 19. *&* *num.* 39. Non tamen vel concilij conſtitutionem, vel legem juratam, vel obſtacula plura, ut nec legem procerum conſilio conſtitutam tollit, *id quod pluribus Tapia ad rubr. de conſtitut. princ. cap.* 2. *num.* 3. *&* *ſeqq. firmat.* Tacitè poſita cenſetur ſi privilegiorum

giorum

giorum annulo ſignetur, *Enenkel.* 1. *de Privileg.* 9. *num.* 18. Sic & Clauſula EX CERTA SCIENTIA in Privilegiorum conceſſione requiritur, *Sixtin.* 1. *de Regal.* 5. *num.*39. *Borcholt. ad c. un. Quæ ſint regal. num* 13. & facit præſumi de plenitudine poteſtatis habetque vim derogatoriæ *gl.* & *Dd. in c. ad hæc de Reſcript. l. fin C. ſi contr. jus vel util. publ. Thom. Mich. de juriſd. concl.* 11. *e. Carol. Tapia ad rubr. de Conſtit. princ. cap.* 2. *num.* 11. *allegans pro ſe Curt. Senior. conſ.* 65. *num.* 10. *Mynſing.* 4. *obſ.* 8. *num.* 4. & *conſ.* 19. *num.* 13. *Gail.* 2. *obſ.* 56. *num.* 14. Quæ tamen non multum operatur, niſi princeps fuerit admonitus de præjudicio tertij. *Hieron. Marilian. deciſ.* 1. *num.* 31. *ubi plurib. Curt. Senior. conſ.* 36. *num.* 37. *part.* 1. *Socin. junior. conſ.* 77. *num.* 26. *lib.* 1. Imò eam nec vitium ſub & obreptionis tollere vult, *Reuſner lib.* 1. *conſ.* 1. *num.* 233. & *ſeqq.* Hodieque magis de conſuetudine, quàm veritate apponitur, *Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. lit. prov. neſc. cap.* 4. *num.* 32. Ejuſdem ferè efficaciæ cum ſuperioribus. *Everh. in Top. loc.* 129. *num.* 13. eſt Clauſula DE PLENITUDINE POTESTATIS, habetque vim derogatoriæ ad omnem legem contrariam & habentem clauſulam derogatoriã *Felin. in c. nonnulli de Reſcript. Petr. Anton. Petr. de Poteſt. princ. fol.* 651. quæ niſi extet, non præſumitur Princeps quid feciſſe ex plenitudine poteſtatis, *Gail.* 2. *obſerv.* 1. *num.* 17. & *eod. obſ.* 56. *num.* 13. Sique hâc clauſulâ ad ſupplendum adhibeatur, ſupplet tantum ea, quæ ſunt juris, non quæ ſunt facti. *§. fin. Inſt. de Tutel. L. legata inutiliter. ff. de Legat.* 1. *Mynſing. conſ.* 19. *num.* 17. *Gail.* 2. *obſerv.* 1. *num.* 16. Semper autem inſolitæ nimiumque præacutæ Clauſulæ latentis fraudis præſumptionem inducunt, *gl. in l. ſi quis ſub conditione.* 7. *ubi Dd. ff. de Condit. Inſtit. poſt multos alios à ſe citatos Enenkel lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. *Ayrer proceſſ. jur. part.* 1. *cap.* 3. *obſerv.* 1. *num.* 19. *Rol. à Valle conſ.* 39. *num.* 30. *vol.* 1. *Menoch. conſ.* 1. *num.* 338.

## *CONCL. XXVIII.*

Tandem poſt deſignationem loci (*a*), & Temporis (*b*), ſubſcriptionem (*c*) ſequitur Sigillum (*d*).

(a) Locus etiam ubi Privilegia data ſunt, ſpecificandus eſt, *L. optimam* 14. *Cod. de Contrah. ſtipulat. arg. Nov.* 48. *cap.* 1. *text. gl.* & *Dd. in c. ſi ſcripturam de Fid. inſtrument. Buxtorff concluſ.* 2. *c. Enenkel. d. cap.* 9. *num.* 22. *Ruin. conſ.* 154. *num.* 4. & 10. *vol.* 3.

(*b*) Tempus ſemper exprimendum, *l.* 4. *Cod. de Diverſ. reſcript. Nov.* 44. *cap.* 2. *Enenkel.* 1. *de Privileg.* 9. *num.* 19. *Buxtorff. Concluſ. ad A. B.* 2. *lit. c.* Quod ad ANNUM, is diverſimodè uſurpatus fuit; Romani annum urbis conditæ ac conſulum: Athenienſes Archontium ſuorum, *Camill. Borrell.* 2. *de Magiſtrat. edict.* 14. *n.* 6. Hamelenſes olim ab egreſſu liberorum ſuorum annum inchoaſſe fama eſt. Hi omnes tamen annũ recurſu ſolis per 12. ſigna metiebantur, qui vertens dici ſolet. *Hadr. Iun. de anno c.* 2. Chinenſes *l'Eſtat de la chine num.* 18. & alij annum ſuum per 12. lunas numerarunt,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0072-0

Alius a. eſt annus civilis, cujuslibet nationis proprius; ſic Chaldæi & Ægyptij in antiquitatum ſuarum dimenſione menſtruum habuerunt annum. Poſtmodo AEgyptij & Iberi quadrimeſtrem; Arcades trimeſtrem, Acarnanes & Cares ſemeſtrem annum fecere. *Hadr. Iun tr. d. Anno & menſib. cap. 2. & remiſſivè Camillus Borrellus 2. de Magiſtr. ed. c. 14. n. 9.* Quàm verò circa anni principium variarint veteres *apud eundem Hadr Iun. c. 3. videre eſt.* Satis conſtat ab incarnatione Chriſti (magis ex ordinatione & approbatione ſummi magiſtratus, quàm temporis certitudine *Althus. in Polit. cap 22 n. 14. 15. 16. aliter Bunting in Chronologia fol. 207. & ſeqq.*) Imperatores Chriſtianos annum inchoaſſe, eundemque diplomatibus ſuis apposuiſſe, *Dd. in l. ſacri affatus 6. C. d. Diverſ. reſcript. Enenkel lib. 1. c. 9. n. 18. Camill. Borrell. 2. d. Magiſt edict. 14. n. 7. Ayrer proceſſ. jur. p. 1. c. 9. obſ. 9. n. 21. ubi conſuetudine ita receptum dicit.* De Menſibus eorumque varijs nominibus *vide rurſus Hadr. Iunium d. tr. cap. 4. pag. m. 18. & ſeqq.* de die *cap. 7.* Saltem menſem & diem in ejuſmodi reſcriptis haud negligi conſultum eſt, *per ea, quæ in l. 1. C. d. conſtitut. in Cod. Theodos. Camill. Borrell. 2. de Magiſtr. ed. c. 14. num. 10. 14. l. ſi qua 4. C. de diverſ. reſcript. Donell. 1. comm. 9. in fin. Ayrer d. c. 9. obſ. 9. num. 22. & ſeqq.* ubi *n. 24. cum Bartolo alijsq;* concludit, quòd, ſi dies notabilis ſit, menſem non neceſſariò exprimi. Sed in computatione dierum nobis rurſus Gregorianum Calendarium faceſſit negotium, *de cujus errorib. Hermann. Kirchner. de Repub. diſp. 2. coroll. 1. pag. m 34. Henr. Bunting. in chronologia fol m 4 8. & ſeq. Matth. Steph 3. de juriſd. p. 1. c. 3. n. 42. & ſeqq. Dn. Reineking. 3 de Regim. cl. 1. c. 2. n. 15. & ſeq* At loci conſuetudinem obſervandam cenſemus *cum Bart. apud Enenkel. 1. de Privil. 9. n. 22. arg. c. cum dilectus de Fid. inſtrum* Horæ defectus privilegio nihil demit, *Enenkel. d. c. 9. n. 22.* De indictionis in inſtrumento forenſi neceſſitate & calculo, V. *Ayrer d. obſ. 9. n. 38 Ioan Iacob. Can. in libello de tabell. in quarta ſolennit. Rudolph. Sattler in Theſaur. nota. part 1. c. 5. Camill. Borrell 2. de Magiſtrat. edict. c. 14. n. 16.* (*c*) Subſcribens ſcripturã eam cõfirmare & acceptare cẽſetur, *l. emptor. §. Lucius ubi Bart. de Pact. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus ubi Iaſ. ff. de VO. l. fidejuſſor §. 1. ff. d. Pignor. l. 1. verſ. ſubſcriptionem ff. de conſtit. princip. l. ſi per epiſtolam ver. ſubſcriptam ff. d. Acquir. hæred. Weſen. in par. C. de Reſcript. n 5. Covarruv pract. q. c. 22. n. 2.* & omnia principum reſcripta, adeoque gratiæ & Priwilegia ſubſcriptionem deſiderant, *l. 3. l. ſacri affatus 6. C. de diverſ. recript. ubi Dd. c. 6. ubi CC de Fid. inſtrum. Enenkel. l. 1. c. 9. n. 24. Iacob. Ravard. ad l. 71. ff. de R. I. Camill. Borrell. 2. de Magiſtrat. edict c 12. n. 16. & 17. ubi videbis alios citatos. Donel. 1. comm. 9. in fin.* quæ tamen dupliciter fiebat, aut manus propriæ ſubſignatione (implexis litteris ab Impp. Germanorũ olim, *uti notant Vadianus, Goldaſtus, Freherus, alij & apparet ex antiquis diplomatibus*) quæ Latinè Adnotatio appellabatur, *Ioan. Calvin. in Lexic. Briſſon. de VS. lib. 1. verb. adnotatio. Gothofr. ad l. 6. C. ſi contr. jus vel util. publ. Cujac in l. 2. C. de Petit. bonor. ſublat.* aut ſigilli impreſſione ſola *de qua lit. ſeq. d.* Prior olim non atramẽto, ſed encaſto ex trito murice & cocto conchylio confecto, fieri ſolebat, *d. l. 6. Matth. Steph 2. de juriſd. p. 1. c 1. m. 2. n. 245.* Subſcriptionem tamen in confirmatione privilegiorum non requiri monet Bartolus *in comment. ad extravag. ad reprimendum in verb. data Piſis.* Aliquando per Quæſtorem ſubſcribebantur, *gl. & Dd in l ult. C. de Diverſ. reſcript.* nec nõ libellorum magiſtrum, qui Principi à latere, & Promagiſter dicebatur, *Ravard. ad d. l. 71. de R. I. & Barnab. Briſſon. 3. antiquit. 7* cujus vices Cancellarij modò gerunt: *Salic in l. universa 7. n. 2. Iaſ. in l. ſacri affatus 6. n. 1. C. de Diverſ. reſcript.* Sic antiquitus Moguntinus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0073-5

tinus in Germania, Trevirenſis in Gallia, Colonienſis in Italia uſque ad Friderici II. tempora, imperialia diplomata ſubſcribebant. *And. Knichen de Saxon. non provoc. jur. c. 1. n. 52. Vide tamē quid modò obtineat, in Aur. Bulla tit. 25.* In Gallia identidē Cācellarius ſuſcribit, *ſupr. concl. 3. c.* In Camera Apoſtolica ſeu cācellaria Papæ beneficia ſive gratiæ, aliquando etiam extraordinariè per Secretarium expediuntur, *L' Eſtat de l' Egliſe n. 36. & 37.* Et etiamnum in Germania receptum, ut Reſcripta vigorem non obtineant, niſi à præfectis ſubſcripta. *monente Mynſingero 5 obſ. 31. n fin.* Quòd teſtes triplices, fuerint, Cenſentes, conſentientes, & nominati, de eorundemque differentia & uſu *vide Camill. Borrell. 2. de Magiſtrat. edict. 12. n. 28. & ſeqq. Palæot. de ſacr. conſiſtor. conſult. part. 5 q. 9. & ſeq. Langla l. 7 ſemeſtr. cap. 12.* (*d*) Ad extremum Diplomati in majoris momenti cauſis adpendendum eſt ſigillum, *arg. l. 6 ubi Dd. C. de Diverſ. reſcript. c. cum dilectus de Probat. c. 6. § ſed contra. de Fid. inſtrum. Enenkel. d. cap. 9. n. 14. ubi exempla ejus promit.* Cujus appoſitio habet vicem ſubſcriptionis, *per ea quæ tradit Camill. Borrell. lib. 3. de magiſtr. edict. c. 13 n. 9.* Semperque voluntate principis præſumitur appenſum. *Molinæ de conſuetud. Pariſ. tit. 1. de Feud. §. 5. n. 14. 15.* confirmatque actum, *per l. ſi qua. 22. C de Epiſc. & cler. l. 2. ubi gl. C de Reb. alien. non alien.* & facit inſtrumentum publicum. *c. poſt ceſſionem ubi Dd. de Probat. Weſenb. in parat. C. de Diver reſcript. n. 5.* Eique credendum eſt. *per c. cum dilectus de Fid. inſtrum. Vide allegantem ad hac. Camill. Borrell. d. lib 2 c. 13. n. 11.* Sicuti hodie Sigilla Ducum, Marchionum &c. Germaniæ dicit authentica, *Hier. Schurff. conſ. 7. n. ult. cent. 1.* Papa v. duplici utitur ſigillo, altero plumbeo, altero aureo, *vide ad hoc Borrell d. c. 13. n. 12. & ſeqq* plumbeo ad Privilegia & decreta conſiſtorij, *L' Eſtat de l' Egliſe n. 34. lib. 1. ſacrar. ceremoniar. Eccleſiæ Rom. cap. 2 in fin.* aureo annulo Piſcatoris ad Brevia utitur, *Borrel. d. loc. n. 14 poſt Decium in conſil. 175. ſub n. 7* Imperatorem ante coronationem ſigillo tantùm, poſt verò Bullâ aureâ uti, dicitur, *Buxtorff. ad A. B. concl. 1. e Borrell. d. c. n. 16. inſpice eundem omnino.* Obiter hoc notandum, ſigillo Magni Cham inſcriptum, Deus in Cœlis: Cham in terris. Imperator eſt fortitudo Dei & hominum. *L' Eſtat du grand. Cham n. 18.* Sed utique an conſuetudo ſigillum requirat animadvertendum eſt, *c. cum dilectus de conſuetud. Chaſſan. in conſuetud. Burdig. in 1. concluſ. in verb. Nous avons faict mettre noſtre ſeel. numer. 6. poſt Speculat. in tit. d. Probat. §. Videndum. Borrell. d. loc. n. 36.* ubi eleganter (*ex Seneca 3. d. benefic. c. 5.*) O turpem, inquit, humani generis, & fraudis ac nequitiæ publicæ confeſſionem, annulis noſtris plus, quàm animis creditur.

## CONCLUSIO XXIX.

Accipitur Privilegium (*a*) Aut ultrò ſive Motu proprio indultum (*b*), idque vel verè (*c*), vel apparenter ſive affectatè (*d*): Aut conceſſum ad preces (*e*), quas Stylo curiæ congruere (*f*) ſemperque veritate niti convenit (*g*).

(*a*) Formam accidentalem in concedendi & accipiendi modo conſiſtere dixi *concluſ. 26. b.* Sequitur igitur de modo accipiendi: Nam uſurus Privilegio illud acceptare tenetur, quia donationis ſpecies eſt, *ſupr. concl. 10. lit. b.* adeoque ut in contractu, perſonæ interventio requiritur, *l. abſenti 10. ff. de Donat. l. qui*

l.qui abſenti:38. ff. de Adquir.poſſeſſ.c ſi tibi abſenti: 17.de Præbend.in 6. Poteſt a.etiam per tertium ſine ſpeciali mandato impetrari, arg c.nonnulli.§.ſunt & alij d.Reſcript.argto è contrario ducto,fac.l. Univerſi. 6.C d.Precib.imper.offer. Rebuff.in Prax beneficior.tit.de Different. inter reſcript.grat.& juſtit.n. 16.& tum is, Cui acquiſitum, ad acceptandum non ſtringitur, ſupr.concl 10.b.ſed demum, ubi acceptaverit valet, per c.1.Ver.ex parte,circa med.de Conceſſ præbend. in 6.cap ſi tibi abſenti 17. d Præbend.in 6.l.fin ubi gl. C.de Conſul.lib.12.l.qui abſenti ff d Adquir.poſſ.Sanchez.8.de Matrim.diſp.26.& lib.3.diſp.36.n.2.ubi inſeqq limitat.& tempore ſcientię demum operabitur, l.qui abſenti 38.in pr. ff.d.Adquir.poſſeſſ.Bart.& Jaſon.in l.fin.d.conſtit princip.Ruin.conſ 200.n 15. Vol.2.poſt alios Peregrin.de jur.fiſc.lib 5.tit.2.n.16. quamvis n.ſint, qui Privilegium à tempore conceſſionis etiam ignoranti prodeſſe cenſeant, nec requiri ſcientiam aut intimationem, per l.licet C.d.Repud.l.2 §.1 ff d judic.l.ejus qui in provincia. §. fin. ff. Si cert. petat. verius tamen eſt intimationem requiri, Zanchez 3.de Matrim.diſp.36.n.1.& ſeqq.ubi alios ad hoc allegat, quod num.7. adeò verum ducit, ut nec ſufficiat aliunde hoc ſciri, ſed per nuncium ideo expreſſe ablegatũ notũ fieri debeat, & idem lib.1.de Matr.diſp.6 n.3. Concedens tamen idem beneficium interim alteri largiri nequit, c.ſi tibi abſenti 17.de Præbend.in 6. ſed prima conceſſio per modum gratiæ facta, præferrur poſteriori. l.prædia.C.d.Locat.prædior.civil.l 11.Rosbach.d.differ.jur.civil.& canon.l.2. tit.12.n.13. nã Principũ donatione, rei donatæ dominiũ ſtatim abſq; traditione trãſit, Gail.2.obſ.55.n.6. ( b ) Ultrò ſive MOTU PROPRIO Auß eygner bewegnuß Privilegiũ cõceſsũ dicitur, ubi nemo pro eo inſtitit apud Principẽ, poſt Bald.in c.niſi Spectabilis n.4.d.Offic.legat.Enenkel l.1.d.Privil.5.n.2. Et differt à certa ſcientia: Motus proprius n.oſtendit negativam nõ coarctatam, nimirum neminẽ ſuper hoc ſupplicaſſe, l.actor.C.d.Probat. Certa ſcientia nullam negativam, ſed ſimplicem affirmativam includit. poſt. Menoch d.Præſumpt.l.2 præſ 20. n.7.& Maſcard d.Probat.concl.845.n.23. Sanchez d.Matrim.lib.8.diſp.4.n.5. Eſt a.Clauſula, Motu proprio: reſcripto expreſsè inſerenda, Mynſing.conſ.19.n. 12.& 43.c.ſi motu proprio d.Præbend.in 6. Sanchez d. Matrim.lib.8.diſp.1.n.6. idem ibid.diſp.4 n.5. aliâs de voluntate principis nõn præſumitur l.1.C.d Petit. bonor.ſublat. ſed magis cenſetur per importunitatem partis obtentum, Bart. in d.l.1.C.d.Petit.bon.ſubl.Bald.in c licet cauſa.d Probat. Iaſ.in l 3.num.2.ff. Quod quiſque jur.Bald in l.quod favore C.d.LL.Dn.Reineking.2.d.Regim.cl. 2.c.8 nu.13.& 14 notatur ad Guid.Papæ deciſ.354.a. Tapia ad l.fin.d.Conſtit. princ.p.2.c.9.n.128.ubi in ſequentib. egregie limitat. etiamſi ſpectet ad beneficia, c.quamvis d Præbend. in 6. adeoque motu proprio conceſſum eſſe, probandum eſt, Marta in tr.clauſul.c.73.n.1 p.1 Decian.conſ.41. n.7.Vol.2. ( c ) Et eſt Motus proprius vel verè talis, l.pen C d.offic.rector.provinc.l. imperialis 23.§.ſimilis C.d.Nupt. unde fere omnia Privilegia corpore juris clauſa proficiſcuntur, Enenkel.1.Privil.5.n.2. Hîc igitur, quod voluntas principis pro ratione ſit, Iaſ.in l fin.ff.d.Conſtit.princ.& in l.reſcript.C.de Precib.Im.offer.Gail.2. obſ.33.n.2. & in Principe præſumatur juſta cauſa, Pinel.ad l 2.c.2.n.11.& ſeqq.C. d.Reſcind.vendit. Bald.in l.omnes populi col.16.ff.d. I.& I. Enenkel.1.cap.5. num.29.Ant.Gabr.Rom.d jure quæſit.concl.3 nu.4. nec ejus conſilia, quum utplurimum lateant, inquirere, ſed de ijs parum prudenterque loqui fas ſit, ſicutì monet Petr. Heig. Qq.jur.part.1. quæſt.11. numer.61.& ſeqq. & Euphormio, ſit, inquit à curioſis cogitationibus intactum Regum culmen, ac, ut arcana in ſacris vetuſtatis, non niſi ad adorationem ſuſpiciatur.

Nam optare bonos Principes, pietas eſt, damnare etiam nocentes, religio. *Euphormio in icone animor. cap. 13. pag. m. 446.* Et quòd principe ex certa ſcientia quid faciente, nemo, cur ita faciat, quærere poſſit, *Petr. Gregor. ſyntag. jur. l. 1. c. 11. n. 4. §. ult. Magerus de Advocatia ca. 6. n. 15. & ſeq. ubi hoc multis munit.* Tollit clauſula Motus proprij vitium ſub & obreptionis, *l. 1. §. 1. verſ. ita enim C. de Rei uxor. act. l. 1. C de Petit. bon. ſublat. c. ſi motu proprio. 23 de Præbend. in 6. Borcholt ad c. 1. un. Quæ ſint regal. n. 14. Clem ſi Roman. de Præbēd. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 21. n 52. Vaſq. illuſtr. controv 2. Enenkel d. c 5 n. 2. & 5. Petr. Anton. Petra de poteſt princ. fol. m. 633. Alphonſ Vilagut l. 2. c. 5. n. 279. & ſeqq. Mynſing. 3. obſ. 4 & cent. 4. obſ. 8. n. 4.* quæ aliàs non vitiatur, niſi quum quis cōceſſit quod non potuit, vel noluit, *per ea quæ habet Enenkel. d. c. 5. n. 10* Non tamen trahitur extra mentem concedentis tollitve defectum intentionis, ſi forſan fuerit erratū, *Menoch. de Præſumpt. l. 2. præſ. 20. Mynſing. conſ. 19. n. 16.* Minùs aufert jus alteri quæſitum. *d. c. ſi motu proprio 23. de Præbend. in 6. Bald. in c. ad audientiam de Reſcript.* nam quod ultronea liberalitas contra licitum cōtulit, valere non debet *l. pen. C. de offic. rector provinc.* Nam etiamſi ſit expreſſa, non putatur tamen Principem juri Tertij præjudicare voluiſſe, *Bart. in l. fin. C. de Locat. præd. civil. l. 11. Alij citati ab Enenkel l. 1. c. 5. n. 12.* Sed e contrario clauſula: Salvo jure tertij in omnib. reſcriptis ſubintelligitur, *Mynſing. 4. obſ. 8. n. 5. Gail. 1. obſ. 33 n. 6. & 2 obſ. 58 n. 4. & obſ. 76. n. 9. 10. 11.* (*d*) Mot⁹ proprius affectatus eſt, ubi ſimulatè inſeritur clauſula Motus proprij, cùm tamen revera ad inſtantiā partis Privilegium ſit indultum, *Enenkel 1 c. 5 n. 9.* & tum quidem conceſſio validior videtur, ſaltemque aliquid magis operari clauſula, quàm ſi ſimpliciter ad preces ſit obtenta. Nihilominus quòd ſimulatum, rei veritatem non tollat, *l. adſumptio, 6 in pr. ff. Ad municipal. l. 2. C. Plus valere quod actum &c.* & rei veritas potiùs quàm ſcriptura reſpici debeat. *l. 1. & tot. tit. C. Plus valere quod act. &c.* Sub & obreptionis exceptio manet integra, *l. pen C. de Offic rect. provinc. Menoch. de Arbitr jud qu lib. 2 cent. 3. caſ. 201. n. 79. & ſeqq. Socin jun. conſ. 77. n. 98. vol. 1.* (*e*) Quia Actio ad obtinendum Privilegium non competit, *Specul. in tit. de Diſpenſat §. genera autem verſ. licet autem* Conſultum eſt ut beneficiorum fons adeatur ſubmiſſis Precibus, quæ reſpectu materiæ ſic vocantur, *in rubr. l. 1. & ult. C. de Precib. imp. offer. Weſenb in Parat. eod. Petr. Frid. 1. de Proceſſ. 2. n 1.* Reſpectu formæ Libellus. *l. 1. & 2. C. de Precib. imp. offer.* Magis communiter, reſpectu finis & concluſionis Supplicatio, *l. 2. 4. 6. 7 & ult. C. de Precib. imp. off. ubi Weſenb n. 3 Petr. Frid. 1. de Proceſſ. 3. n. 5.* Quæ tamen quomodo in vulgari uſu differāt, *refert idem Mindan. d. c. 2. n. 2.* (*f*) Privilegiū ubi dat generaliter formam reſcriptis impetrandis, non valet reſcriptum ſpeciale, non ſervata forma tradita in privilegio, *c. cum ordinem. 6. & ibi gl. 1 & gl fin de Reſcrip.* Sed ſemper in ſupplicationibus aut precibus Stylus curiæ obſervandus eſt, *Nicol. Everhard à Middelb. in Topic. loc. A Stylo curiæ 105. & Enenkel 1. de Privil. 6 nu. 49.* quem ſi non invenias, juris aut conſuetudinis forma ſequenda eſt, *Azo in ſumma C. de Precib. imp. off.* ut etiam viva voce Preces interponi queant *Ilico Vmmius diſp. ad proceſſ. 5. th. 2. n. 7. Mindan. 1. de Proc. 5. n. 2.* Quamvis frequentiùs ſcriptis cōſignari ſoleant *ſecund. l pen C. de Reſc l. 1. C. de Precib. Imp. off* Itaq; primum honorificè compellandus Princeps. *Frid d. c. 4. n. 2. & c. 6 n. 2.* deinde narratio facienda perſpicuè & dilucidè, *l. 1. & ult. C ſi cōtra jus vel util. publ. Frid. d. c. 6. n. 3.* ubi tenendū in univerſū, quæ jure no cōceduntur, ea nec rectè peti, *t. t. C. de Petit. bon ſubl.* ſi quis quod expreſsè ꝓhibitum eſt petat & impetret per ſub & obreptionē impetratū cēſebitur, ad eoq; deſtituetur

effectu,

effectu, *l.* 1. *C. de Fund. limitroph. l. quicunque.* 14. *C. de Epiſc. & cler. l. fin. in fin. C. ſi nupt. ex reſcrip. pet. Enenkel. d. c.* 6. *n.* 19. Proinde exprimendum eſt, contra quam juris regulam veniat, *l.* 2. *C. de juriſd. omn. jud.* quinimò inſerendum omne id, quod Principi difficultatem movere poterat, *l.* 1. *ubi Ias. n.* 2. *C. ſi contr. jus vel util. pub. Weſenb. in parat. C. de Precib. imper. offer. nu.* 6. *Iul. Clarus lib.* 5. *ſentent. recept. §. fin. q.* 59. *nu.* 9. *Thom. Sanchez de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *nu.* 10. *& ſeqq.* nec negligendæ circumſtantiæ etiam minimæ, *l. idem.* 12. *§.* 1. *ff. de Excuſ. tut. c. ſuper literis.* 20. *ubi Dd. de Reſcript. Enenkel. l.* 1. *c.* 6. *nu.* 45. Si tamen prætereatur aliqua qualitas, quæ Principem non traxiſſet in diverſum, conceſſio non redditur invalida, *c. motu proprio & c. ſi proponente de Reſcript. Enenkel.* 1. *c.* 6. *nu.* 36. *Covarru.* 1. *variar. reſol.* 20. *nu.* 5. *Ioh. Gutierez lib.* 2. *can. quæſt. c.* 15. *nu.* 36. *&* 37. *Rol. à Valle conſ.* 96. *nu.* 40. *lib.* 3. *Ioh. Vinc. Honded. conſ.* 27. *n.* 46. *lib.* 1. Annectendum, An in præjudicium tertii cedere poſſit, qui tum omnino citādus eſt, *l' Eſtat de l'Egliſe n.* 36. *l. nam ita Divus.* 39. *ff. de Adopt. l.* 13. *l.* 29. *§. fin. ff. de Minorib. l.* 47. *in pr. ff. d Re judic. l. ultim. ff. de Natal. reſtit. Dd. in c. cum olim. de Re judic. Rutg. Ruland.* 5. *de commiſſar. & commiſſ. c.* 10. *n.* 21. *Enenkel. d. c.* 6. *nu.* 41. ( *ubi hoc tamen ex voluntate Principis limitandum exiſtimat* ) *Vantius de nullit. ex defect. citat. nu.* 6. *&* 7. *Schurff. conſ.* 9. *num.* 3. *&* 4. *cent.* 1. *Gail.* 1. *obſ.* 48. *nu.* 2. *Mynſing.* 6. *obſ.* 6. *nu.* 4. Adhæc ratio ſive cauſa petendi dilucidanda, alias quemadmodum mendici non audiuntur, niſi paupertatem pro medio concludendi allegent, explodendus ſupplicans, *Petr. Frider. Mindan.* 1. *de Proceſſ.* 6. *nu.* 26. Quod uſque adeo verum, ut Privilegium vectigalis petens non modò allegare, ſed & probare teneatur tenuitatem patrimonii, *Mynſing.* 5. *obſ.* 31. ubi addit, nec ſummo Principi contra illud venire licere. Si quoque aliud beneficium jam ante impetrarit, illud quoque allegandum eſt *c. ex tenore.* 16. *c. cum adeo.* 17. *c. poſtulaſti.* 27. *de Reſcrip. l.* 3. *C. de Epiſc. audient. c.* 2. *de Filiis presbyt. in* 6. *Dd. allegati à Sanchez de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 22. *num.* 2. *ubi per tot. Everh. in top. loc.* 122. *nu.* 1. *in med. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. jud. quæſt. cas.* 203. *n.* 34. *& ſeqq.* abſque quo ſecunda conceſſio corruit, *c. proponente.* 42. *de Reſcript. c. non poteſt.* 21. *de Præbend. in* 6. Si verò jam ante negatorium decretum fuerit obtentum illud quoq; inſerendum, *Petr. Frider. d. c.* 6. *num.* 10. Romæ referendarii non, aut admodum rarò referunt ſecundâ vice in cauſa gratiæ ſemel denegatæ, *l' Eſtat de l' Egliſe nu.* 36. Propterea cauſæ, quæ ſingulariter ad conceſſionem de novo movere queant, annectendæ. Tandem nomen quoque & cognomen ſubjiciendum, *Petr. Frider.* 1. *de Proceſſ.* 6. *nu.* 22. Vbi obiter nota, ſervos Romanor. unicum tantùm nomen, nobiles tria habuiſſe *Ioh. Borcholt de V O. c.* 5. *n.* 82. Vtrùm tempus id eſt, annus & dies oblationis in ſupplicatione neceſſariò exprimantur, loci conſuetudo ſimiliter conſulenda eſt, *Iaſ in Auth. quæ ſupplicatio. nu.* 5. *C. de Precib. imper. offer. & poſt eum ibi Weſenb. in parat.* in judicialibus hoc deſiderat, *Mindan. d. c.* 6. *nu.* 24. Quod ad oblationem, quum meræ facultatis ſit, ea fieri poteſt quocunq; tempore & locò etiam ſine partis citatione *poſt alios Weſenb. in C de Precib. imper. offer. n.* 6. *in fin* In conſiſtorio Papæ Formulæ concedendi ſunt: Fiat in forma: Fiat de ſpeciali, Fiat de expreſſo: quarum ſingulis ſingularia indicantur, uti notatur *En l' Eſtat de l' Egliſe nu* 35. Ordinavit autem Pontif. Rom. Cameram ſingularem in qua beneficia ſive gratiæ impetrantur, & aliam pro juſtitia. In cauſis juſtitiæ ipſe ſubſcribit per verbum: *Placet P. id eſt. Paulo aut I. Iulio, prout nomen* Pontificis *erit.* In cauſis gratiæ reſcribit, Fiat ut petitur. P. ſi nimirum ad preces indul-

geatur; Aliâs Motu proprio. P. Cardinales ſubſcribunt, *Conceſſum in præſentia Dn. N. Papæ:* addito nomine ſuo: aut, *Placet prout de. jure, Placet arbitrio judicis: Conceſſum arbitrio &c. l' Eſtat de l' Egliſe num. 36.* (g) Narrata ſupplicationis aut vera ſunt, aut falſa, *l. ult. C. de Precib. imp. offer. l. 3. C. ſi contr. jus vel util. publ. c. ex parte 15. de For. compet.* veritas non niſi una & ſimplex eſt, Falſitas eſt commiſſionis & omiſſionis, id eſt, fit tam tacendo verum, quàm aſſerendo falſum, *l. 2. ubi Gothofred. C. ſi contra jus vel util. publ. cap. ex multiplici de Decim. Enenkel. 1. de Privileg. 6. num. 33.* Illa obreptitia, hæc ſurreptitia à Dd. vulgo appellatur, *c. ex parte. 15. de For. compet. Weſenbec. in Parat. Cod. de Precib. imp. offer. num. 3. Petr. Fridar. Mindan. 1. de Proceſſ. extrah. 15. num. 6.* Quæ tamen inter ſe parum differunt, effectu nihil, *Mindan. d. loc. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 21. num. 2. Hieron. Schurff. conſ. 7. num. 1. cent. 1.* Eſt autem ad lites obtentum ejuſmodi reſcriptum, exceptione oppoſitâ refellendum, *c. ſi autem. 9. c. plerunq. 33. de Reſcript. Cucchus in Inſtit. canon. lib. 1 tit. 2.* Beneficia verò & privilegia taliter impetrata ſunt ipſo jure nulla, *l. 2. & pen. C. ſi contr. jus vel util. l. 1. ff. de Natal. reſtit. c. fin. de Fil. presbyt. in 6. Cucchus d. loc. Oldendorp. in Enchirid. exception. cap. 14. pag. m. 45. & ſeqq. Duaren. ad tit. de conſtit. princ. cap. 3. c. ſuper literis 20. de Reſcript. Mindan. d. c. 15. num. 3. Covarruv. 1. variar. reſolut. cap. ultim. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſput. 21. nu. 3. Schurff. cent. 2. conſ. 7. Guil. Bened. Capra tr. Regular. concl. 41.* perindeque habentur, ac ſi nunquam impetrata fuiſſent, *l. ult. C. ſi contr. jus vel util. publ. l. reſcripta. l. quoties. C. de Precib. imp. offer. text. inſign. in Nov. 82. c. 13. Donel. 1. comm. 9.* quòd dolus ſuus nemini debeat patrocinari, *l. 1. l. ne ex dolo. ff. de dol. cap. ex tenore. 16. de Reſcript.* & mendax precator meritò non potiatur optatis. *l. de ætate §. ſi cum eſſet ff. de interrogat. act. l. falſus. §. 3. ff. de Furt. l. etſi legib. pen. C. ſi contra jus vel util. publ. c. ſedes. 15. cap. ſi quando 5. c. ſuper literis. 20. de Reſcript. c. ſuper eo. de crim. falſ.* Surreptio tamen & vitium partis Privilegii non perdit totum, *c. ſi eo tempore. 9. de Reſcript. in 6. Oldendorp. in Enchirid. except. cap. 14. pag. m. 49. vide & Sanchez. de Matrimon. lib. 8. diſput. 21. num. 53.* accedit enim ratio generalis, quod utile per inutile non debeat vitiari, *cap. utile. de R. I. in 6. Gail. 2. obſerv. 4. num. 6* maximè ſi poſſit ſeparari, *Gail. dict. loc. & obſerv. 5. num. 9.* ſed limita, irritari totum ſi cauſa finalis ſit falſa, *vide Sanchez. d. diſput. 21. num. 32. & ſeqq. & 52.* Quinimo etiam veras cauſas fraudulenter involvens invalidum ſortitur, *l. 2. C. ſi contr. jus vel util. publ.* Qui verò contra unum, ſuper eodem, ad diverſos judices, diverſa reſcripta impetrat, & eis utitur perdit commodum utriuſque *c. ex tenore 16. ubi Dd. de Reſcript.* Denique facit huc quòd per ſubreptionem petens nonnunquam partis, *l. nullus. 2. Cod. de Diverſ. offic. lib. 12.* nonnunquam omnium bonorum amiſſione & deportatione puniatur, *l. 1. C. de nupt. ex reſcript. pet.* aliquando quoque Majeſtatis Reus cenſeatur, *per l. 1. Cod. de Petit. bonor. ſublat. lib. 10.*

CONCLU-

## CONCLUS. XXX.

Reſpicit autem omne indultum (*a*) primùm Gloriam Dei (*b*), Tum Bonum publicum (*c*) & decus Principis (*d*), Non autem lucro ſimpliciter (*e*), nec affectu ſingulari ſine ratione (*f*), ſed Æquitate (*g*) nitatur.

(*a*) Nemo ſanè mentis agit ſine certo ſcopo. *l. Verum eſt 39. ff. de Furt. Enenkel. 1. de Privil. 10. nu. 1.* Maximè tamen convenit magiſtratui, præſertìm ſummo, juſta tantùm de cauſa diſpenſare, *Camill. Borrell. 2 de Magiſtrat edict. c. 2. nu. 62. Thom. Sanchez. de Matrim. lib. 8. diſput. 17 nu. 3. & ſeqq. & diximus ſupra.* Nam magiſtratus mala ac bona exemplo ad omnes pertinent, *uti inquit Hoſpitalius Galliæ cancellarius apud Thuan. hiſtoriar. lib. 25. de quib. etiam ſupr.* (*b*) Is enim uti omniũ honeſtarum actionum communis ſcopus eſt, *Logici coiter in Fin.* ita & legum & omnium conſtitutionũ, *Brederod. in Analyſ. Inſtit. de I. & I. Weſenb. in Parat. ff. eod. n. 8.* Proinde quoq; ſanctæ debent eſſe, *Gail. 2. obſ. 18. nu. 9. & obſ. 31. n. 12.* nec juri divino, *Hieron. Schurff. conſ. 83. num 11. cent. 3.* aut naturæ, *c. fruſtra. c. quæ contra. diſt. 8. c. 1. de conſuet. in 6.* contraria, *de quib. plurib. dictũ concl. 12.* (*c*) Sicut ſidera illa ſplendorem habent, ſed ut uſib. mortalium inſerviant: ſic vos (ô Principes!) dignitatem, ſed cum munere officioq; devinctam. *Lipſ. in præfat. Polit.* Atq; ipſa utilitas (ſc. publica) juſti prope mater & æqui. *Horat. 1. Satyr. 3.* Itaq; uti Archithalaſſo claſſis, nautæ navis, ſic utilitas publica Reipub. moderatori ob oculos *Lipſ. 2. Polit. 6.* Quæ ſi tranquillitas civium accedat, verè juris finis eſt, *l. humanum. 8. C de LL. Nov. 1 in pr. Coraſ. ad l. 1 ff. de ſtat. hom. Duaren. 1. diſp. 11. Camill. Borrell. 2. de Magiſtrat. edict. cap. 7. per tot.* Eadem g. etiam Privilegii finis eſt, *l. 2 ff. de conſtit. princip. Enenkel. 1. de Privileg. 10 num. 4. ubi allegat.* ſi modò aliquid in publicum redundet, licet certas perſonas ſpectet, *l. pen. C. de Precib. imper. offer. Ludov. Carbo de LL. lib. 9. diſput. 6.* Quam ipſam tamen Publicam utilitatem ſalute & decore Reipubl. metimur, *de quo FF. in Regal. definit. coiter.* ſive illa augeatur, ſive conſervetur, *Ludovic. Carbo de LL. lib. 9. diſput. 7. num. 7.* Et revera ad conſilium de Republ dandum caput eſt noſſe Rempubl. *Cicero 2. de orator.* ſicuti autem aliud eſt reipſa utile, aliud quod ſpeciem habet; ſic aliquid ſuapte natura juſtum eſt, aliquid juſtitiæ imaginem æmulatur. *Thom Smith. de Repub. Anglor. lib. 1. cap. 2.* ut nonnunquam ex mente ſtatuentium à ſimpliciter Bono nonnihil declinandum ſit *Gail. 1. obſerv. 36. num. 15.* id quod innuit Tiberius Imp. de legibus ſumptuariis tractaturus, Neſcio, inquit, an ſuaſurus fuerim omittere potius prævalida & adulta vitia, quàm hoc ad ſequi, ut palàm fieret, quibus flagitiis impares eſſemus. *Tacit. 3. annal. pag m. 121.* quo ſpectant leges Mileſiorum: Nemo noſtrum frugi eſto, *Ex Suida Camerar. in horis ſuccisivis* & pariter Epheſiorum: Virtute excellens è Republ. ejiciatur. *Strabo in Geograph Cicer. 5. Tuſcul.* aliæ non minùs impiæ, abſurdæ & ridiculæ, *de quib. Vid. Caſp. Schifordegh. lib. 1. tractat. 30. quæſtione prima.* Facit huc, quòd cùm Chii Spartam à Cœna viſitantes in Ephororum curiam evomuiſſent, ſellas ac tribunalia ſpurco & ſtercore infeciſſent, habitâ inquiſitione Ephori edici ac per urbem proclamari juſſerunt: Chiis petulantibus atque infamibus eſſe jus faſque eſt, *Plutarch. in apophthegmat.*

Sic cum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0079-2

Sic cum Clazomenii per Laſciviam Ephororum ſellas fuligine reſperſiſſent, Lacedæmonii per præconem proclamari fecère: Indecoré agere Clazomeniis jus eſto. *Ælian. l.2. de Varia hiſt. Cam. Borrell. 2 de Magiſt. edict. c.9. n* 30. Cæteroquin à publica utilitate nō recedendum, inde quum Vitellius de ſe actū animadvertēs, conſules in multos annos deſtinaret, tributa dimitteret, immunitatib. juvaret, deniq; nulla in poſterum curâ, laceraret imperium; apud ſapiētes caſſa habebantur, quæ neq; dari, neq; accipi ſalvâ Repub. poterant. *Tacit. 3. hiſt pag. m.* 537. (*d*) Conſtitutio quæ publice utilis eſt, in Principis gloriam cedit *l. humanum.* 8. *C de ll.* & virtutum ocellus Munificentia, quà ad Deum accedit, ſplendorem ei adfert, Principiq; proprié competit *l. pen. C. de Don. int Vir. & uxor. l. 1. C. de Theſaur. Nolden. de Nobilit th.* 30. *multis. Pruckman ad §. ſoluta poteſtas. c.4. nu.2. Eff.7. nu.26. Carol. Tapia ad rubr. de conſtit. prin. c.4. nu.1.* quem vivis & mortuis prodeſſe decet. *Nov* 1. *in epilogo* & armis, quàm munificentia vinci, minùs flagitioſum, *Lipſ. 2. Polit. 17. Beſold* 2. *Polit.* 4. *§.5. gl. 2.* ut nec immenſa videri, nec frænis coherceri debeat, *Tapia d c.4. num.3. per l. donationes C. de Donat. int. Vir & uxor. poſt Kol. conſ. 1. nu.* 43. *Vol.* 4. quamobrem quoq; donatio tutoribus prohibita, *l.13. §. ult. l.22. l.46. §. ult. ff. de admin. & peric. tut.* à tutore Principis rectè fit, *arg. l. cum plures.12. §.2. & 3. ff. de Admin tut. Pruckman ad §. ſoluta poteſtas. c.4. m 2. Eff.7. n.27.* & quamvis pater filio liberam adminiſtrationem permittendo, non indulgeat donationem, ſecus tamen hoc eſt in principis filio, *arg l. filiusfam. 7. in pr. & §. nonnunquam. 3. ubi Iaſ. ff. de Donat. Carol. Tapia ad l. fin de Conſt. princ. p. 1. c. 6. nu. 1.* Prædicaturq; in Auguſto Imp. quòd militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexerit. *Tacitus* 1 *annal.* (*e*) Nihil in penatib. Regis venale ſit. *Tacit.* 13. *annal.* præſertim privati commodi cauſa, *arg. c. erit. diſt.* 4. Nam avaritia bellua fera & immanis & intoleraunda eſt, eiq; nihil ſatis eſſe poteſt, *Iacob. Auguſt. Thuan. in præfat hiſtoriar. ubi plurib.* Hæc materia quaſi omnium criminum & omnium malorum mater, *Nov. 8. in præfat. circa fin. c. his igitur. diſt.* 23. *c. ſicut hi. diſt.* 47. *Vid. Ayrer. Proceſſ. hiſtor. part. 1. cap. 6. num.* 5. *& ſeqq.* Nihil enim publicæ utilitati magis infeſtum, quàm cum magiſtratus judicesque obliti nominis Deæ illius, cujus tituli & veluti vicaria fide jus dicunt, ex magnitudine munerum aut litigantium gratia, affectum componentes, ipſis legibus imponere non verentur, *Euphormio in Icon. animor. cap.* 15. Maximè igitur avaritia in Principe damnanda eſt, *Beſold. 2. Polit. 4. §. 17. gl 1. Lipſ. 2 de conſtant. cap. 23. arg. l cum ratio. 7. §. ſi plures. 3. ff. de Bon. damnat. Nov. 105. c. 2. §. quid autem. Herpffer. in præcept. Polit. de offic. Princip. n. 7. Volum Baſ. 2. Vide & Heig. Qq jur. p. 1. q. 18. n. 10. &* 11. Nam juſtitia regem facit, & patrem, vis, dominum, avaritia, cauponem. *uti ex Themiſtio dicit Anton. Clarus Sylvius in comment. ad LL. Rom antiquas, præfat. cap. 2. pag m.* 27. unde Fiſcus lieni comparatur, *Gothofr. ad Nov* 28. *§. 2. in Verb. lucris* & celuy qui affoiblit ſes eſtats de gens, ou de moyens, ſoubs eſpoir de s' agrandir, eſt ſemblable à celuy, qui muneroit le fondement de ſa maiſon pour lever les murailles, ou pour faire le couvert. *l' Eſtat de Moſcovie num.* 27. Proinde, quum emens magiſtratum, juſtitiam jure vendat, *per ea quæ in hanc rem eleganter collegit Camill Borrell. 1. de Magiſtrat. edict. c 9. n. 2. 3. & ſeqq.* non deſunt, qui juriſdictionem concedi quidem, at non vendi de jure poſſe cenſent, *Bart. in c. Barbarius in repet. nu. 2. ff de offic. prætor. Bald in c. 1 nu. 9. Quæ ſint regal.* & regalia in genere prætio nummario non poſſe æſtimari, *poſt Iſern. Luc. de Penna & Decian à ſe*

allegatos

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0080-5

*allegatos Garſ Maſtrill.* 1. *de Magiſtrat* 11. *n. fin.* nec feudum emptitium proprié feudum eſſe, *Iul. Clar. §. feudum, q.16.n.2. vide tamen in priorib. diſſentientem Carol. Tapiam. ad rubr. d. conſtit. princ. c.4.n.*18. & quoad poſterius. *Id nu.* 25. *Roſenthal. d. Feud. c. 2. concl.* 61. *plurib.* Sed ſi hodiernos mores ſpectemus omnia venalia comperiemus, & in Privilegiis virtutis opus agunt nummi, ut non immerito Satyricus *Euphormio lib.2.p.m.*166.

Auro nec arces, nec minis ferox miles,
In domitus eſſe, pene nec poteſt virtus:
Dat corda timidis atq; turpibus formam,
Scientiasq; rudibus, & novis gentem,
Quis dignitates aureas habet pauper?
Quis dives aut eſt ſtultus aut timet leges?
Aurum profanum eſt: in ſacris tamen lucet,
Aurumq; ſuperos placat ac emit cœlum.

Inde Sixtus IV. PP. dicere ſolitus fuit, pecuniam ſibi non defuturam, quoad manum calamo queat admovere, innuens, indulgentias & Eccleſiaſtica officia vendendo, ſat nummorum comparari poſſe. *l' Eſtat del' Egliſe num.*24. Et quanta turpitudine magiſtratuum nundinationes in Gallia fiant cuivis notum eſt, *vid. Thom. Lanſ. diſſ. ad. L. Reg. th.*103 *& eundem in Conſultat. contra Galliam. pag. m.*276. *& ſeq Anti-Machiavell. lib.*3.*c.* 35. An a. & quatenus officia per principem vendi poſſint? eleganter examinat Garſ. Maſtrill. 1 *d. Magiſtr. cap.20. per tot. vbi n.27.* quamvis poſſint, non debere tamen vendi, nec expedire hoc Reipub. demonſtrat. Si tamen Reipub. conditio, ut ſine ſubditorum diſpendio, neceſſitati ſuccurratur, flagitet, Privilegia nonnunquam vendi poſſunt, *Beſold,* 2. *Polit.* 4. §.32. *poſt Betſium d. Pact famil. fol.*740. Ita Reſpub. Veneta aliquando ſummos honores vendidit, *vid. Petr. Bemb. d. Rep. Ven. L' Eſtat de la Repub. de Veniſe. n.*21. & juniores pro argento ad conſilium habilitauit, *L' Eſtat. de Veniſe num.* 22. quæ tamen hîc laudanda, quod tum digniores etiam minus offerentes aliis præfert. *d. loc. n.* 21. Ita Lutetiæ exſtruendum certo ponti (le pont de doubler vocant) vectigal impoſitum ad tempus, nouimus: & indulgentiæ comedendi butyrum in quadrigeſimis, Rothomagi inſignem turrim, la tour de beurre, dictam exædificarunt. *Petr Eiſenberg in itinerar. Gallico pag. m* 363. (*f*) Hac notâ à ſtulto ſapiens diſcernitur, quod illum affectus, hunc ratio temperat. *Eraſm. in moria pag.*134. Et commodé à Pythagora dictum, Ei injuſtitiam cordi eſſe, qui temeré voluptate aut lucro ductus aliquid indulſerit, *Ex gnomologiis Petr. Vanderan. in prolegom. tr. d. Privileg. credit.* nec minus falluntur, quib. luxuria ſpecie liberalitatis imponit, qui perdere ſciunt, donare neſciunt, *poſt Tacit.* 1. *hiſtor Lipſ.* 2. *Polit.* 17. Qualis erat Heliogabali prodigalitas, qui ſortes convivales à cœna proponebat, ut alius haberet 10. camelos, alius muſcas, vel auri libras aut 10. ova, vrſos, glires & lactucas decem. *Zvinger. in theatr. vol.*15. *lib.*1. *pag. m.*2946. *b.* Stultus C. Caligulæ affectus, qui equo ſuo hordeum vinumq; miniſtrari auro voluit, quem & ſacerdotij collegam fecit & conſulem facturum conſtituit. *Xiphilinus.* Et delirus Alexander Macedonum, Promachum bibaciſſimum hominem, victorem in vini certamine aurea corona donauit. *Q. Curtius.* Semperq modus in beneficentia ſervandus, *Lipſ.* 2. *Pol.* 17. *&* 4. *c.*8. (*g*) Quamuis ratio ſit anima legis *c. conſuetudo diſt.* 1 *Gail.* 2. *obſ.* 31 *n.*1. *&* 12. *c fin. ubi gl. d. conſuetud. L. cum ratio* 7 *ff. d. Bon damnator Camill. Borrell.* 2. *d. Magiſtr. edict.* 3. *n.*3. *& ſeqq Dn. Reineking* 2. *d. Regim. cl.* 2. *c.* 9 *num.*6, *Menoch, conſ* 52. *n.*171. & illâ carens conſuetudo, nulla ſit, *L quod non*

*rationc.39 ff.d.LL.Nov.134.c.2.* & *4.diſt.8.c fin.* & *ibi gl.in verb.rationabilis.*
Indeq; juramentum de ſeruandis ſtatutis intelligatur de rationabilibus, licitis &
validis, *Bart.in L ſi quis ſub conditione.in fin.ff.d. condit. inſtit.c.1. ubi gl.* &
*Dd.d.jurejur* Petr Peck.*ad c.non præſtat.* 2.*n* 3.*d.R j.n* 6.*Camill Borrell.* 2.*d.*
*Magiſtrat.edict.c.2.n* 100. Sæpe tamen incidunt caſus, qui inſpectione legum
aliquam iniquitatem ſecum ferrent, *arg.L.ſcire.* 17 *ff. d.* LL. Indeq; principio
rerum gentium nationumque populus nullis legibus tenebatur, ſed arbitria
principnm pro legib erant. *Iuſtin.hiſtor. lib. j. in princ.* vtpote quod jura inter
omnes æqualia conſtitui nequeant, *de quo dictum concl.1.lit.c.* & *d.* non magis ac
vnus ornatus omni corporis parti aptari, *Ludov. Carbo d.*LL.*lib.*9 *diſp* 6. Ex-
emp.gr. Stare pactis conventis juſtū & juris communis eſt, L.1 *ff.d.Pact.* nihilo-
minus ratio rurſus ſuadet, ut imbecillitati minorum & mulierum conſulatur,
quum g. æquitas jure non ſuffulta, non ſit curanda, *vid. Gail* 2.*obs* 23.*n* 26. ta-
men legum ſubtilitas rei veritatem non evertat, *l.in rebus* 30. *in med. C.d jur.*
*dot.* ſumma Æquitas Privilegiorum remedium invenit, *Enenkel.* 1. *d. Privil.*12.
*n.*5.29 & 42. *vbi argumenta contraria refellit.* Petr.*Vanderan in prolegom. tr.*
*d.Privileg.credit pag.m.*337. *Philipp.Matth.ad* L.*in omnib.*68.*num.*1.*ff. d. R.j.*
quod ſe juri Prætorio conformat, L.7.§.1.*ff.d.j.* & *j* nec violat leges, ſed tempe-
rat, indigitante juſto L*ips.*2 *Pol.*11. aut ſupplet magis id, ad quod generalis ju-
ris regula non pertingit, *uti plurib.demonſtrat Accurs in* L.17 *ff. d.* LL. Et ali-
quandò per ſe, aliquando ratione temporis legi vim adfert. *Vti in concl.* 1. *abun-*
*de attigimus* Sic Sacerdotib. magna ratione ademptum connubium, ſed majo-
re reſtituendum, dicebat Aeneas Sylvius, poſt Pius II PP. dictus, *meminit con-*
*tinuator. Abbat.Vrſpergenſ pag m.*435. Sunt a. jus & æquitas vincula civitatum,
*Cicero in paradox.*4. vt, quamuis de ſolennib. nihil facile ſit mutandum, evidens
æquitas tamen ea non curet, L.*pen.in pr ff.d.in integr reſtit.* L.*etſi nihil.* 183.*ff.*
*d.R j.* & Magiſtratus inferior æquitate motus moratorias inducias pro tribuna-
li concedere valeat, quod ex gratia non poſſet, *Nicol.de Paſſerib.d. Priv. ſcript.*
*Q.pr.*5.*q.*2.*lib.*3. *Alex.Trentacinq.lib.*3.*Var.reſolut.tit d ſolut.reſol.*1.*n.*3. & 4.
Princeps verò Aequitatem impertire nolens iniuria feciſſe videatur, L.1.§.*pla-*
*né ei.pen.ff.d.Aq.quotid.* & *æſtiv.* L.*nec quicquam.*9.§.*pen ff.d. Offic. procons.*
*Enenkel.*1.*d.Priv.*10.*n.*6.*facit huc* L.*omnes qui.*33 §.*pen. in fin. C d. Episc* &
*cler.* Nec æquitatis ſepta eidem tranſilienda, ut eiuſmodi beneficia ne benefi-
cia quidem appellanda duxerit Sopater. *Vide Stobæum in ſerm.polit.* & Antio-
chus datis litteris à civitatib. earumq; præfectis petiit, ut, ſi quid contra ratio-
nem æquitatemq; conſtitueret, ipſi non optemperarent, P*etr.Vanderan. d. Pri-*
*vil. credit. cap.*1. Nam Privilegium æquitate carens non magis juris nomi-
ne dignum, quàm conſtitutio à Tyranno facta, *Ludov. Carbo d.* LL.
*lib.* 9. *diſp.* 6. & 7. & *conſent.* L. 2. *C.ſi aduers. vend. pig.* L. *deſide-*
*rium.*7.*C.Depoſit.*L.*vnic.C.d.Prohib.ſequeſt.* L.*antiquitas.*14. C.*d.Vſufruct.*
Quapropter cùm nihil Aequitate magis ſplendeat, non credendum eſt, De-
cem viros in Legib. XII. Tabularum, tabula IX. (quam de jure publico fuiſſe
conſtat, *Dn.Pacius Iacob Gothofr.* & *alij ad eandem*) per verba: Privilegia ne
irroganto: noſtram hanc materiam civitate Romanâ indignam cenſuiſſe: Si-
ve enim illam Decemviri debeant Heraclito, multum iniquitatis habere privi-
legia, monenti, *uti vult Conrad Rittershuſ ad LL.*12 *Tab.cl.*2.*c.*2. ſive ex So-
lonis legib. deprompſerint, *uti Demoſthenis* & *Aeneæ Gazæi authoritate freti*
*ſtatuunt id Rittershuſ.* & *Iacob. Gothof. ad Dd. LL.*12. *Tab.* Aliud tamen eos
voluiſſe veriſimile eſt, nimirum Aut quòd pro illo Reip. ſtatu Privilegia non
niſi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0082-5

niſi centuriatis comitiis ferri deberent, & privata magiſtratuum judicia prohibita eſſent, *Ludov. Carbo de LL. lib. 9. diſput. 6. Horat. Lucius de Privileg. Scholar. in præfat. n. 7. per Legem annexam, De capite civis Romani niſi permaximum comitiatum ne ferunto: quem tamen ridet Rittershuſ. d. c. 2. in fin.* Aut odioſa privilegia in ſingulos & in necem cujuſdam lata tollerentur, *Conrad. Rittershuſ. ad LL. 12. tab. cl. 2. c. 2. Ræward. ad LL. 12. tab. c. 2. Cujac. 15. obſ. 8.* quia peccatis ſingulis jam pœnæ præſcriptæ erant, & vox, irroganto, pœnarum & mulctarum propria eſt, *Rittershuſ. d. loc.* qualia odioſa Priuilegia ſtatuta fuiſſe, patet in Heraclito. Cicerone & Eumene Rege *Rittershuſ. d. c. l. 2. c. 2. vbi etiam Favorabilium in priuatis latorum exempla promit.* Aut Decemviri leges omnes in priuatos & ſingulos latos ſua conſtitutione ſuſtulerunt, ſiue odioſæ ſiue fauorabiles eſſent, *Iacob. Gothofred. ad LL. 12. tabul. tab. 9. vbi priorem ſententiam ineptam dicit, ſuam verò confirmat.* quòd nihil inſulſius videatur, quàm vnius hominis cauſa, legem noua conſtitutione infringere, & leges in privos homines ferre, cum tamen legis vis ſit, ſcitum & juſſum eſſe in omnes, *vti ait. Cicer. 3. d. LL. & congruit L. 8. vbi Dd. ff. d. LL* Eſta. Æquitas nihil aliud quàm naturalis quædam juſtitia, *L Scire 13. § 7 ff. d. Excuſat. tutor. L. cum ratio 7. in pr ff. d. Bon damnat. L. 14. vbi Dionyſ. Gothofr. ff. d. Diuerſ. temp. præſcript. Enenkel l. 1. c. 8. n. 53 & 54 & cap. 12. nu 55. Oldendorp. in Enchirid. except. pag. m. 351. Dn Vultej. 2. I. P. 3. n. 5. & in § jurisprudentia. 1. n. 2. Inſt. de j. & j. VVeſemb. in Parat. ff d. j. & j. Vide Alphonſ. Vilagut. d. Exten. leg. prælud. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Petr. Heig. Qq. jur. part. 1. q. 16 ubi ſpecialiter de præſcriptionis æquitate agit. Gail. 1. obſ. 150. num. 18* quod autem infinitorum & ſic Aequitatis determinatio non detur, *l. 2. ff. de jur. & fact. ignor. Dn. Vultej. d. c. 3 nu. 16.* viri boni (qui hîc ſumma poteſtate ſit præditus:) arbitrio eius judicium ſtato, ſicuti quænam conſuetudo ſit rationabilis, judicis arbitrio relinquitur, *Gail. 2. obſ. 31. n. 13. vide plurib. Camill. Borcell. 2. de Magiſtrat. edict. c. 3.*

## *CONCLVS. XXXI.*

Æquitati rurſus ſuæ ſunt cauſæ *(a)*. Quas inter vtilitas publica *(b)* Meritum *(c)* Dignitas *(d)* Ordo *(e)* munus publicum *(f)*

(a) Quæ, quòd omnia factorum genera definiri nequeant, ſunt infinitæ, *Dn. Vultej 2. I. P. c. 3. n. 6.* Aliquando etiam aliquot cauſæ concurrunt, nonnunquam ſubordinantur *gl. in* L. 1, *ad n. 5. verb. te filio C. d. Pact.* Sicuti in Auth. habita, *C. Ne fil. pro patré.* 8. cauſas refert imp. cur Studioſis privilegia concedantur, 1. quod bona faciant: *ibi: bona facientes*: 2. quod eorum ſcientia illuminetur mundus: 3. quod ſcientia ſua inſtruant ad obediendum Deo & Ptincipi: 4. quia amore ſcientiæ exules: 5. quod de diuitib pauperes reddantur. 6. quod vitam ſuam exinaniant, ſtudiis ſc. laborib. & vigiliis: 7. periculis & peregrinationib. ſe exponant: 8. injurias ſæpiſſimé perferant. *vide Dn.* P*acium ad Auth. habita. cap. 6.* Quarum vnâ ceſſante, vtpote, ſi fortaſſis ſtudiorum cauſa non peregrinetur, privilegium non ceſſabit, *Rebuff. ad Auth. hanc. & Gilken in Cod. ibid. n. 20* C*uppener. pag. 20. ad auth Habita: verb. omnib. Scholarib & mox. ad loca in quibus litterarum exercentur ſtudia. Matth. Stephan. 3. d. juriſd. p. 6. c. 5, num, 35. contra ac ſentit Dn.* P*acius ad Auth. cap. 4. numer. 8.*

Baſil. 4. ad Calc. & Dn. Helfr. ulr. Hunnius diſp. ſingularib. Ilico Vmm ius diſp. ad proceſſ 4 th. 12. n. 63. nonnihil Wendland. d Regal. th. 9. Durfelt d. arreſt. th. 46. & ſeqq. Mágerus d. Advocat c. 3 n. 108. & ſeq Eberh. Speckhan. Qq. jur. cent. 2. q 11. 12. 13 14. cl. 1. Dn Pacius & Cuppenerus ad Auth. Habita tr. ſingul Petr. Rebuff. tr. tractat. tom. 18. fol. 32. & Horatius Lucius tr. tr. tom. 18. fol 67. IV Militum, quæ pertractant Petr. Gregor Syntagm. jur. l. 19. c. 14 16 17. illuſt. Enenkel & Martinus Laudenſis tr. ſingularib. Claudius Coteræus tr. tract. to. 16 fol. 42. Marcus Mantua tr. tr. to. 16. f 4 7. (f) Munus publicũ quoq; Privilegium tribuit, cujus exemplis totum jus noſtrum ſcatet: & vide Petr. Gregor. Syntagm. jur. l. 18. per tot & 19. Faciunt huc Privilegia I. Legatorum, de quib. Schonb 3. Pol. 31. Beſold. 2. Pol. 8. §. 4. l. 1. ubi Dd. (Ex quib. cauſ. maj.) II Conſiliariorum v. Schonb 3. Pol. 26. III. Decurionum l 3. C. d. Silentiar. l. 12. t. t. c. d. Decur. Dn. Vultej. 1. I. P. c 13 num. 174. & ſeq. Guido Papæ deciſ. 398. Petr. Greg. l 3. c. 8. n. 9. IV. Aliorum munerum publicorum vel q. quorum ſeriem contexit generoſ. EnenKel lib. 2. c. 1. n. 16. & ſeqq.

## CONCLUS. XXXII.

Sic æquitatem demonſtrat Ætas (a), Sexus (b), Valetudo (c), Simplicitas & imperitia (d), Fortunæ iniquitas (e), Neceſſitas (f), Tempus (g), Favor cauſæ (h), Invitatio ad benefaciendum (i), Conjunctio Sanguinis, Affinitas, familiaritas & convictus (k), Quin tamen & principis clementiæ ſuus relinquatur locus (l).

(a) l. 11. ff. d. vacat. & excuſ. muner Vnde Privilegia I. Impuberum, l. ex plurib. 42. l. qui nominib. 44. ff. d. Adminiſtr. & peric. tut. l. defenſor. 22. l fin. ff. d. Tutel. & rat diſtrah. l. 19. & l. 23. ff. de Reb. auct. jud. poſſid. l. aliam cauſam 29. ff. d. Novat. Marcus Mantua tr. ſing. II. Minorum puberum, l. 9. & t. t. ff. de Minorib. ſi tamen hiſce magis oblæſionẽ dari dixeris, non repugnabo, vid. Dec. in l. in omnib. 68 n. 4. ff. d. R. I. III. Senectutis, l. 11 ff d vacat muner l. 5. ff. de jure immunit. Petr. Gregor. 3. Syntagm. jur. cap. 8. n. 19. §. item major. Inſt d Excuſ. tutor. l. un. C Qui ætat. ſe excuſ. (b) Inde Privilegia I. Marium, l. 2. ff. d. R. I. ubi Dd. Frid. Pruckman tr. d. diff. utriuſq; ſexus II. Maritorum, l. 1. C. Ad l Iul. d. adult. III. Mulierum, Dd. ad d. l. 2. ff d. R. I l. 2. §. 2. & t. t. ff. Ad SC. Vellei. Gail. 1. d. PP. c. 1. n. 36. & ſeqq. IV. Vxorum, l. un. C. d. His qui ſe defer. t. t. ff. d. Action. rer. amotar. Petr. Greg. 37. Syntag. jur. c. 11. l. ult. §. 1. C. Qui potior. in pign. & 5. l. mulieres 13. C. d. Dign. (c) l. 4. §. ult. ff. d. Re milit. tit. (Qui morbo ſe exc. Huc faciunt Privilegia I. Peſtis, de qua Hieron. Prævidelius tr. tract. to. 13. f. 171. Ioh. Franc. Ripa tr. ſingul. II. Furioſi l. antep. & t. t. ff. d. Curat furios III. Prodigi, l. antep. ff. d. Curat. furioſo &c. IV. Surdi, l. 2. C Qui morb ſe exc. V. Diuturno & graviſſimo morbo laborantis, vid. Petr. Greg. l. 3. ſyntag. jur. c. 8. n. 19. t. t. C. Qui morb. ſi excuſ. Hîc notandum quòd fœneratores inter Chinenſes non tolerantur at claudis, cæcis & morbo ſontico laborantib. conceſſum de argento ſuo ſumere intereſſe. L' Eſtat de Chine. num. 35. (d) Sic I. literarum imperiti excuſantur à tutela, § ſimiliter eoſ. Inſt. d. Excuſ. tutor. II. Milites jura licitè ignorant, concl. anteced III. Ruſtici ſua habent Privilegia, vide Renat. Choppin. tr. tract. t. 18. f. 90. quæ tamen ex hoc capite nõ ſemper deſcendunt. (e) l. legem 7. C. d Natur. l. l. 1. C. Nov. vectig. inſt non poſſ. Enenkel t. d. Privil. 10. n. 14. Inde Privi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0084-6

Privilegia I. ob damnũ gravius, Goth. ad l. 1. §. 2 ff. Ad munic. II Miſerabiliũ perſonarũ, de quib. vid. Petr. Greg. 3. Synt. jur. 8. n. 19. Ilico Vmmius diſp. ad proc. 4. n. 59. 60. 61. 62. Treutl. 1. diſp. 3. th. 10. c. e. Bened. Capra tr. reg. concl 30. Matt. Step. 1. de juriſ. 31. n. 35. & ſeqq. Magerus de Advocatia c. 3. n. 98. & ſeqq. Tho. Actius tr. ſing. III Paupertatis, vid. Speckhan. Qq jur. cent. 1 q 35. 37. 38. 38. Cornel. Benincas. tr. tract. tom. 18 fol. 142. (f) l. ut gradatim. 11. §. quotiens. ff. de Mun. & honor. l. 162. ff. de R. I. l omnia privilegia. 35. C. de Epiſc. & cler. c. non debet de conſang. (g) Inde prioribus creditorum, l. 10. ff. Qui potior in pig. (h) Favor cauſæ, Privilegium tribuit l. ex plurib. 42 ff. de Adminiſt. & peric. tut l. 74 ff. de jure dot. l fin. C. Ad SC. Vellej. Enenkel. 1. de Privil. 10. n 18. Inde profecta ferè ſunt Privilegia I. Piæ cauſæ in genere, de quibus Tiraquell. tr. ſing. II. Libertatis, l. fin. C de Teſtam Marcus Mantua tr. ſingul. III. Alimentorum P. Surdus tr. ſing. IV. Captivorum, Roſbach. proceſſ. crim. tit. 1. c. 13. n. 15. V. Sepulturæ, l. 31. § ult. l. pen. ff. de Relig. & ſumpt. fun. l quæſitum. 17. ff. de Reb. auct. jud. poſſid. Shonb. 4. Pol. 5. Beſold. 2. Pol. 4. §. 44. VI. Iuramenti, Antonius lorçetur tr. tract. tom. 4 fol. 359. VII. Dotis, remiſſivè Enenkel. 2. de Privil. c. 1 n. 24. Ern. Lange de Protopraxia diſp. ſing. th. 37. vol. Bas 5. Ant. Guibert. de Matrim. & dot. pag. m. 197. & 331. & ſeqq. Petr. Greg. Syntag. lib. 9. c. 24. Socin. reg. 147. Mynſing. conſ. 65. & 79. Baptiſta de S. Blaſio tr. tract. tom. 9. f. 430. VIII. Statutorum & conſuetudinum, Arnold. Holſtein tr. ſingu. IX. Sponſaliorum, Thom Trivisanus tr. ſing. X. Creditorum in genere, Erneſt. Lange de jure protopraxias diſp. ſing. vol. Bas. 5. remiſſive Enenkel. l. 2. c. 1. n. 11. Oſwald Hillig. in Donell. enucl. lib. 23. c. 15. Scheplitz. Prompt. jur. tit. 33. per tot. cumprimis §. 7. Petr. Vander. tr. tract. tom. 18. fol. 110. (i) Sæpe indulgetur vacantia, quò alii ad ſimilia invitentur. l. 5. §. 3. ff. de jure immun. l. ult. C. de His qui ſpont. mun. publ. ſubeunt. Enenkel. 1. de Privil. 10. n. 11. unde venire videtur Privilegium I. Ob multitudinem liberor. l. 11. ff. de vacat. muner. l. fin. C. Qui num liber. ſe excuſ. l. un. C. de ſumpt. recuper. II. Artificium ſingulare, l. ad beſtias ff. de Pœn. III. Negotiatorum frumentariorum, l. ſemper. 5. §. 3. ff. de jure immun. l. eoſ. 9 ff. de Vacat & excuſ. mun. IV. Naviculariorum, l. 5. §. 3. & 4. ff. de jure immun. (k) Sic Ilienſes quod origine Romani eſſent, immunitatem obtinuêre, l. non tantum. 17. §. 1. ff. de Excuſ. tut. l. 1. §. 2. ubi Gothof. ff. Ad municip. & Familiares ac conſiliarii Imp. eo ipſo in nobilitatẽ adſciſcuntur Enenkel. 1. de Privil. 10. n. 20. Indeq; deſcendunt Privilegia Parentum & liberorum, de quib. generoſ. Enenkel. tr. ſing. nec nõ Privilegia ad inſtar, de quib. Horat. Mandoſius tr. tract. tom. 18. fol. 124. (l) Principes enim dicuntur Dii, ut Dei clementiam imitentur, l. ult. C. de Don. int. vir. & uxor. Beſold. 1. Pol. 2. §. 10. ut licet judex lege mitior eſſe non debeat, camerar. in horis ſucciſ. cent. 1. medit. 100 in pr. Nov. 82. c. diſciplina 9. diſt. 45. Ayrer proceſſ. hiſt. p. 1. c. 6. obſ. 3. n. 21. Panſchman in conſ. in cauſ. Wednhauſen quæſt. 1. n. 173. Mynſing. conſ. 42. n. 14. juſtitia tamẽ cum miſericordia debeat eſſe temperata, d. c. diſciplina. 9. Diſt. 45. Boſſius in pract. tit. de Principe. n. 34. ut jus noxæ eximendi Principi ſoli competere diximus: ſuperius concl. 21. c. itaq; Clementia & merus favor in Principe pro Æquitate eſt, v. Enenkel. 1. de Privil. 10 n. 19. remiſſive. Cruger. diſp Polit. 4 th. 20. & ſeq. Althus. 2. dicaolog. c. 23. Beſold. 1. Polit. 4. §. 11. ubi adhoc citat.

Reliqua de Privilegiis pertexere inſtituti noſtri ratio vetat. Ergo manum de tabula.

Δόξα Θεῷ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0085-1

QK II k 810
VD17

AMPLISSIMIS,
ISSIMIS AC
NTISSIMIS
INIS
ILIBUS
RIBVS INCLY-
BREMENSIS
NIS,
ORIBVS
S
COLENDIS,
*UGURALEM*
*OBSERVANTIA*
ONSECRAT,
FERT,

AUTHOR.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7257-p0087-2